

A S S E R T I O
ET JUSTIFICATIO VOTI,

Aut si mavis

CENSURÆ LIBRI

LUDOVICI DE MESA,

C U I T T U L U S ,

VITA, ET VIRTUTES V. SORORIS
M A R I A N Æ A J E S U

TERTIARIÆ ORDINIS S. FRANCISCI,

Jussu Sacré Congregationis Rituum, ad effectum
Beatificationis & Canonizationis ejusdem,
olim eidem Sacré Congregationi
exhibitæ,

*Emiss & Rmis ejusdem Congregationis
Cardinalibus oblata.*

P E R M E

F R. CAJETANUM BENITEZ DE LUGO

SAC. THEOLOGIÆ MAGISTRUM, ET EJUSDEM
CONGREGATIONIS CONSULTOREM.



R O M A E MDCCXXXV.
Typis Reverenda Cameræ Apostolice.

ASSETA

TOV CITACIENCIAS

de la UCV

MEMORANDO

ESTADO VENEZUELA

Sesión del Comité del Colegio de las P.S. Domingo de la Iglesia
y sus miembros el 17 de Mayo de 1911. Presidente J. Chávez del Río

Eminentissimi Domini.



Ulla Eminentissimi, ac Reverendissimi DD. Cardinalis Banchieri, felicis recordationis, suis litteris datis sub die 1. Octobris anni 1731. legi diligentè, & studiosè librum *Ludovici de Mosa*, Hispano idiomate conscriptum, *Marietti* typis editum anno 1661. in duas partes distributum: quarum prima vitam Venerabilis Servi Dei *Mariana a Iesu* Tertiariae Ordinis S. Francisci exponit, & secunda revelationes, visionesque supernaturales, quibus illustrata, fuit mens ejus, praæcontinet. Quid censerim de hoc opere, perpenitus regalis ab URBANO VIII. ad revisionem traditis, pro zelo veritatis, & Religionis, quibus nullum hominum antepono, vobis Eminentissimi Principes sub die 2. Augusti anni 1732. dixi, & subscribendo signavi, sequens *Vincentii Liriceus* confilium communis. I. cap. 25. dicentis: *Illum esse verum, & permanens Catholicum, qui veritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi Corpus diligis, qui Divine Religioni, qui Catholica fidis nihili præponit, non homini cuiusquam autoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquaciam, non Philosophiam; sed hoc eam defipient, & in fide fixat, ac stabilit permaneat, quidquid uicerat antequam Ecclesiam Catholicam tenuisse cognoverit, id solu[m] p[ro]tendit, credendumque decernit. Quidquid vero ab aliquo deinceps non præter casus, aut contra omnes Sanctos, novum, & inauditum subinduci fecerit, id non ad Religionem, sed ad tentationem patitur intelligit pertinere.* At cum hisce diebus publici juris facta sit voti mei responsio ab eruditissimo viro elaborata, & quem ego maxima qua possum, benevolentia complector (ut enim canit Horatius:

*Diversum fuisse de rebus eisdem
Inventum hunc semper amicitia)*

cui responsioni in omnibus assentiri minimè podium, facitque prius hoc meum qualemcumque judicium in Hispaniam Tertio Ordini S. Francisci transmissum, ac in alias forte Regiones sparsum, ac divulgatum (quod concordatum erat solum arcano, & silentio Sacre Congregationis) honori meo, & veritati consuliens, ne inter homines ludibrio habeat, necessarium duxi rem hanc paulò intimius attingere: distinctius aperire, & in clariori lumine ponere, quibus innixum fuerit principis votum meum; cum in response, facta careant penitus energia debita plura, que a me animadversa fuerunt: ut a vobis. Eminentissimi Principes, quibus ex officio Hierarchico commissum est reprobare malum & eligere bonum, probatis singulis, retineantur, sive in opere de quo est quæstio, sive in scripto meo, que bona sunt, & que minus recte in eisdem scriptis leguantur, rejiciantur. Quare cum defensionem scripto suscipere coactus fuerim: ut, que ab initio dixi, suis momentis pondentur: duas sequentes dissertationes, elaborandas duxi: quarum prima erit circa principia, quibus innixa fuit resolutio data, & quibus nititur responsio. Altera vero circa doctrinam in particulari cujuslibet revelationis, ut vera a falsis dijudicari & distinguui possint: quas ea, qua docet, reverentia, oculis Eminentiarum vestrarum subicio.

DISSERTATIO PRIMA

De Principiis in generali quibus innititur facta Operis recognitio.

- ¶ **E**T quidem omisso, quod inter licentias quibus typis datus est liber iste non legitur expressa Sedis Apostolicae licentia, nec negotium instru-
tum, fuerit ei transmissum, eiusque speciatum responsum; ex quo defecit;

4

juxta Urbani VIII. Decretum, in accusationem, & reprehensionem venire potest, liber iste: Hic namque Summus Pontifex ductus veritatis, & religionis zelo, Fer. 5. die 13. Martii anni 1625. solemni suo decreto statuit, ne libri continent, miracula, revelationes, seu beneficia a Deo accepta per eorum intercessione de cetero imprimantur sine recognitione, & approbatione Ordinarii, & qui in recognoscendi, Theologos, aliosque prius, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne deinde fratre, vel error, vel aliquid novi, & iuridicis in re tam gravi committatur, negotium instrudere transmittat ad Sedem Apostolicam, ejusdemque responja expedit. Revelationes vero, & miracula, aliquae beneficia supradicta, que in libris eorum hominum vitam, & gestas continentib[us], bullens impresso sunt, nulla modo approbata censio vult, mandatque Sua Santitas &c. Accusari ergo merito posset auctor Libri de facilitate in publicam lucem dandi revelationes serva Dei, absque se illis Apostolice beneplacito: maxime si obseruentur revelationes, visionesque supernaturales, que in hoc opere precontinentur. Refert namque 1. p. cap. 1. revelationem sibi fuisse excellentiam beatitudinis, & ibi cap. 16. eandem virtutum Theologicarum excellentiam. Exponit rursum 2. p. lib. 1. cap. 12. revelationem ipsius factam unitatis Dei, & cap. 13. Sanctissime Trinitatis: Et cap. 12. Sanctissimi Eucharistiae Sacramenti. Eniam refert 1. p. lib. 2. cap. 13. scientiam, quam habuit de Ieronim Spiritus Sancti: Nobilissimam Divinitatis cognitionem a p. lib. 2. cap. 17.: Necnon Dei cap. seq: Perfectissimum Dei amorem explicat p. 2. lib. 2. cap. 5.. & cap. seq. suum versus Deum amorem. Necnon cap. 8. admirabiles illustrationes, cognitiones miras, amoremque Dei versus illam, illiusque versus Deum. Narrat modum quo se habuit in Christo Dominino pars inferior, in eius Passione p. 2. lib. 2. cap. 28.. & lib. 3. cap. 39. explicat, quomodo Christi, est causa exemplaris, & meritaria nostre salutis. Refert etiam loco citato cap. 13. illustracionem, quam habuit circa actum confessionis, & cap. 5. poenas duodecim, quas patientur damnati in inferno contrapositas aliis duodecim amoris Dei effectibus. Narrat iterum quomodo fuit edocita ab Angelo de Dei providentia lib. 3. cap. 6. necnon ab eodem ultima Theologia edocita, modum quo anima unitur Deo a p. lib. 2. cap. 27.. & de quatuor rebus necessariis, ut possit in oratione anima luctari cum Deo ibi cap. 20. de excellentia mortificationis, & humilitatis, ibi cap. 39. de excellentia sp[iritu]e Divine cap. 15.. etiam intermissione D. Augustini fuisse perfectissime illuminatam de modo perfectissimo orandi p. 2. lib. 2. cap. 27.. & circa altitudinem orationis, ad quam ascendit ibi cap. 26., & circa sciarum orationum efficaciam ibi cap. 28.. Fuit, & specialiter illuminata circa viam purgativam, illuminativam, & unitivam a p. lib. 2. cap. 3.. Vicit statim anima in contemplatione positâ ibi cap. 21. etiam & modum quo Deus deserit hominem ibi cap. 8. Refert sexcenta alia mirabilia, que Deus operatus est in illa, de quibus non unctione tractat, sed ut formaliter a Deo revelatis, & supernaturaliter visis, modoque obscurissimo, simili apocalypsi Iossej, vel Ezechielis visionibus, que omnia cum proponantur a Deo huic V. Serva formaliter revelata, & supernaturaliter visa, sicut res est maximi momenti, ita accuratio exanimis, diligentioresque criterii debet esse, ad quam plenissime petrae standam, mature expendendam, ac resolvendam, cum maxima industria desideretur, nec satis mihi temporis, nec ingenii esse ad id pro merito faciendum aperte protestatus sum. Hoc ergo omisso, quod officii, ac muneris mei non esse judicavi, a regulis exordium sumo.

2. Non cor meum ita intractabile, ac durum est ad credendum, quod ex Deo potest esse, ut negem, quod ex Deo possint esse varia, quæ ibi referuntur. Negare quippe revelationes dari, error Hereticorum est, cui resistit Apostol. ad Thessal. 5. v. 19., & 20. Spiritum nolite extinguere, Prophetias nolite spernere. At Christianæ cautionis, & prudentiae est, hisce mulierum revelationibus non faciliter credere, ut admonet tam Ecclesiasticus cap. 19., qui cito credit, lethi est corde, quam Apostolus ad Thessalon. cap. 21. non cito metuamini, neque terruamini, neque per firmam, neque per spiritum, neque per Epistolam tamquam per vestissum. Non enim, ut inquit idem Paulus, aliquid possunt adversari veritatem, sed pro veritate. Quare textum Apostoli exponens Ermin. Cojeturus super art. 6. q. 179. ex. 32. sic habet. Ad primum ergo in appositum dicitar, quod Propheta datur ad utilitatem, juxta tamen conditionem.

Prophetar. Nam Prophétia Prophetarum receptorum ab Ecclesia datur ad utilitatem, nō quid necessaria amplectendum: Prophetarum vero Prophetarum non receptorem ab Ecclesia datur ad utilitatem tamquam aliquid prius probandum, & dicitur tradendum, antequam eis percipio aliquis amplectatur. Nec hoc est spernere Prophetias, sed probare. Ergo nimia levitas esset, illis adhibere fidem, & maxime mulieribus, que peregrina, & a traditione Ecclesie aliena, ac si essent a Deo revelata seminant, spargunt, quin prius examinetur, an spiritu Dei, aut humano sensu sint edita, dicente Apostolo ad Thessalos. cap. 5. deus tuus tuus fratres in nomine Domini Iesu Christi, ut subtrahatis eis ab omni fratre ambulante inuiditate, & non secundum traditionem, quam acciperunt a nobis, & a quibus cavendum docet Hieremias cap. 23. veri. 16. nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: visionem cordis suorum queruntur, non de ore Domini. Mulieribus dixi, (nam Philippians de divinis revelationibus pag. 50. num. 12. notat, observandum nam vir, vel femina sit persona, qua revelationem habuit) quibus præcipit Apostolus, ut in Ecclesiis raccant, & eam eis interdit docere doctrinam, que, non ad privatum usum, sed in medio fit, & in publico Theatro, que ipsi congruit Doctoribus, & quod nec concessum fuit propria Christi Domini Materi.

3. *Quis ergo non miretur ita frequenter eis de Mysteriis Fidei, temporibus nostris fieri revelationes, & carum rerum de quibus altissimum est apud Ecclesie Patres silentium, ac si certa mysteriorum omnium, quibus humanae salutis opus Christus absolvit, notitia sufficiens in Ecclesia non esset ex scripturis, & traditione Patrum, & si quis Deus per tot secula, reconditaque huc omnia fuissent Apostolis, quos Magistros Dominus dedit, individuos habens in conitu, in discipulatu, in convictu, qui in Orbem Terrarum mittendi erant ad omnium gentium informacionem, qui non auribus tantum, sed & oculis praedicandam fidem capere debebant, ut quod firmius didicissent, constantius praedicarent, ut scribit S. Paulinus Epist. 1. ad Veterem. An non etiam stupori, ac admirationi debet esse, quod & SS. Patribus non fuerit datum cognoscere arcana, que mulieribus nostri temporis intelligere licet: Quod cognoscant iam fere omnes, recondita Mysteria, corumque perfectiorem habent cognitionem, quam pie, ac religiose mulieres tempore Christi viventes, & quod huc eadem, que ex sui natura convenienter sermonibus divinitus inspiratis, revelata blaterent mediis commentis, que nullum in schola Theologica locum habent? Ergo nimia levitas esset illis cito adhibere fidem. Quare Theologi varias alignant regulas, quibus revelationes vera distinguantur a falsis, que ad statum presentis questionis habiliendum presupponi debent, in eisdem tamen videndis, non enim in eis omnibus exponendis vacat motari.*

§. I.

Quædam examinantur, & referuntur Principia.

4. *E* Rudissimus responsionis auctor, & in rebus Theologicis maxime versatus sex propositiones in medium profert, quas nullum Theologum iniciari credit. Prima est. „ Non omnia, que Christus Dominus fecit, aut passus est retulerunt Sacri Evangeliste. Hec sola Evangeliorum lectione fit cinque manifesta: Patres, & Theologi omnes eandem firmant, sed & Joannis Evangelista auctoritate proponitur, Catholici Fidei credenda. Ait enim in fine Evangelii fai: sunt autem, & alia multa, que fecit Iesus, que si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mandatum capere posse eos, qui scribendi sunt libres. „ Propterea Patres ipsi, & antiqui non minus, quam moderni scriptores, complura verisimilia, atque rationi, & textui sacro consentanea intexunt, de quibus apud Evangelistas altum silentium est. Nam, ut recte animadvertis 5aores 3 p. quæst. 55. disp. 19. Sect. 1. prop. fin. *Nas affumperunt illi omni scribendi omnia, que Christus fecit, sed tantum ea, que ad Mysteria Fidelis confirmanda, & referenda sufficiebat visa sunt.*
5. *Propositio secunda. „ Ea, quæ a Sanctis Evangelistis pretermissa sunt, potest*

„ Deus

- „ Deus , quando voluerit , & cui voluerit revelare . Nemo Christianus hanc veritatem inficiabitur : immo nemo , qui Deum confiteatur Dominum esse , & quod , ut inquit Propheta . *Omnia quaecunque voluit , fecit . Fide Catholica credimus , Spiritum Prophetarum manere in Ecclesia , non omnibus Fidelibus , sed quibusdam tantum concessum , ut docuit Paulus 1. Cor. 12. vers. 10. & ad Ep. 1. vers. 11.* Revelationes autem Divine , que privatum sunt animabus ad Proprietatem pertinent , ut Theologi fatentur cum D. Thoma 2.2. quest. 171. ac 175. & ratio est , quam tradit S. D. pred. quest. 171. artic. 3. in corp. , scilicet , quia lumen propheticum comprehendit sub se praeterita , praesentia , & futura , et enim , utpote Divinum , omnibus temporis differentiis superius .
6. **Propositio tertia.** „ Private hujusmodi revelationes non pertinent ad necessitatem Fidei Catholice , sive ad sufficientiam credendorum , sed iam per pertinent ad utilitatem fidelium , ac proinde ipsius Ecclesie . Primum partem hujus positionis bene novit Cenfor , qui sufficere Ecclesia ea , que tradita sunt , probe animadvertisit . Et non alio sensu id afferere potuit , nisi quatenus de necessitate credendorum loquatur . Habet enim Ecclesia , que sufficiunt ad salutem . Divina auctoritate , necessario credenda , absque privatis revelationibus . Secundam vero partem negare non poterit , vir enim doctus nequaquam putabit , nihil esse utile preter id , quod fuerit necessarium , quin immo idem religiosa indignatione cum damnaret , qui privatas revelationes traditas a SS. Gerardo , Brigitte , Catharina Seueni , Therese , & aliis , quas Ecclesia pias reputat , & tamquam utiles approbat , inutiles diceret . Ecquis confitens , Deum posse revelare , que voluerit , preter Fidei Catholicae veritates , andebit dicere , cum inutiliter revelaturum ? Hoc qui diceret , Spiritum Prophetarum ab Ecclesia excluderet . Non enim inter dona Dei numerari posset illud , cuius exercitium inutile esset .
7. **Propositio quarta.** „ Revelationes privatae non habent vim locorum Theologorum ; & ideo Patres , & Theologi loquentes , ut communes Magistri ad Ecclesiae eruditionem , nihil ex illis deducere possunt , licet possint , ut pie creditas , eas referre . Hac ratione plures retulit S. Gregorius Magister in Dialogis suis . Revelationes ergo , quas canon Ecclesiae proponit , sunt principia , ex quibus ad Christianam doctrinam explicandam , & mores populi Dei instruendos , utuntur Patres , & Theologi , ad quorum magisterium pertinet , discursus deducere ex Dei auctoritate , infallibili certitudine cognita .
8. **Propositio quinta.** „ Postremis temporibus multa Deus revelat amicis , que prioribus saeculis non revelavit . Manifestum id sit legentibus acta S. Brigitte , d. Maria Magdalena de Pazzis , S. Therese , B. Angela Falguieris , & aliarum Sanctorum , que , ut germana suscipit Ecclesia , atque multiplices eisdem factas revelationes rerum , antiquo tempore non agitarum , quas ut pias , & plenariae commendandas admittit . Rei hujus ratio est Divina voluntas , sed tamen S. Gregorius hoc ipsum etiam suo tempore animadvertisens , quoniam & tunc , facta cum prioribus saeculis collatione , priuare Divinae manifestationis lumina , cognoverat , rationem reddidit magni faciendam lib. 4. Dialogor . cap. 4.1. dicens . *Quantum præsens saeculum propinquat ad finem , tantum factorum saeculorum ipsa jam quasi propriauitate tangitur , & signis manifestioribus aperitur .* Hec S. Doctor . Unum nobis curandum , si nimirum prioribus posteriora respondeant , ut profectus sit non mutatio . Nam , ut perbelje S. Vincentius Lirin . in Commonit . cap. 28 . Ad profectum pertinet , ut in semetipsa unaquaque re amplificetur . Ad permanentem vero , ut aliquid ex alio in aliud transvertatur . Crescat igitur oportet , (prosequitur admodum nobis opportunus) & multum vehementer que proficiat , tam saecularum , quam omnium , tam unius dominii , quam totius Ecclesie . statum ac saecularum gradibus , intelligentia , scientia , sapientia . Sed in suo dumtaxat genere , in eodem scilicet dogmate , eodem sensu , eademque sententia . Quid ergo mirum , si crescente tempore , etiam divina lumina in animabus iustis incrementa suscipiant ? Crevit etiam , quadam nature proportione , secundum incrementa temporum , ipsum Fideilumen , ut cum Hugone a Sancto Victore splendide docuit S. Thomas 2.2. quest. 1. Art. 1. Auctor nimis naturæ , & gratia

„ eandem in utriusque incrementis methodum servavit. Si quis meliora habeat,
„ proferat. Ego vero his contentus sum.

9. *Propositio sexta.* „ Non est reprobandum, si videatur Deus frequentius se, &
„ quae sua sunt, mulieribus, quam viris manifestare, immo humiliter in hoc
„ opera ejus sunt laudanda. Sancta Virgo Theresia in vita cap. ultimo, ita loquitur:
*T*anq[ue] muchas mas mujeres que hombres: a quienes el Señor hace estas mercedes; y esto oy
a S. Fr. Pedro de Alcantara, y tambien lo he visto Yo, que decia aprovecharan mucho
mas en este camino, que los hombres, y daba de ello excelentes razones, que no hay para
que decir aqui todot en favor de las mujeres. Quod latine ita sonat: „ Et plures sunt
„ feminæ, quam viri, quibus Deus gratias istas impertitur: hoc etiam audiri.
„ S. Fratre Petro de Alcantara, atque & ego experientia comperi: dicebat ille,
„ eas majores profectus in hoc spirituali itinere (interni nimirum luminis, &
„ divinarum ostensionum) facere quam viri, cujus rei graves causas adducebat,
„ quales importunum esset modo referre: omnes quidem feminineam conditionem
„ preferentes. Hac sunt principia, quæ eruditus iste vindicavit revelationum hu-
jus V. Servæ Dei proponit nobis, & quibus nimirum aduersa ejus resolutio, placet
tamen ea sedulo expendere, ut disertius quis possit, tam de rebus infra dicendis,
quam de operibus istis ferre judicium.

10. *Et quidem primo.* quantum ad id quod tertia propositio afferit, revelationes
privatas non pertinere ab objectum formale Fidei Divinae, Catholice, & univer-
salis, in eadem cum ipso sum sententia, quam Angelicus noster Magister invictus
probat 1. p. q. 1. art. 8. ad 2. dicens: *Fides nostra insititur revelationi Prophetis, &*
Apostolis facta, qui canonicos libros scripserunt, non vero revelationi, si que fuit,
aliis Doctoribus facta. Et explicans illa verba Pauli ad Ephes. 1. *Vnus Deus, & una Fi-*
des, sic lect. 5. afferit, una Fides, quia idem jubemur credere. quia idem & una est,
quod creditur ab omnibus Fidelibus: cuius rationem reddit 2.2. q. 2. art. 5., quia objec-
tum per se Fides, est id per quod homo beatus efficitur, reliqua autem sunt per accidentes:
Ergo juxta mentem Angelici Preceptoris, quidquid non fuerit revelatum Apo-
*stolis, & Prophetis, nec est adeo commune omnibus, sicut est finis, quo omnes
beatificantur, non est Fidei fundamentum, nec ratio per se, nec objectum illius,*
sed solum se habet per accidens ad Fidem.

11. *Hoc est, quod docet Apostolus 1. ad Corin. 3. Unusquisque autem videat, quomo-
do superadficet. Fundamentum enim aliud nemo potest posere prater id, quod possum est,*
quod est Christus Jesus: ut nempe unusquisque diligenter attendat, quomodo super-
*adficet; ne forte ex privatuarum opinionum figmentis, peregrina dogmata su-
perstruat, quibus fundamentum Fidei labefactatur: qui enim fundamentum fun-
damento adjicit, ille tanquam infirmum, & debile, & insufficiens fundamen-
tum appositum agnoscit: Ergo cum fundamentum jam positum sit, ad neminem
attinet fundamentum ponere, nec est aliquis, qui expectetur, ut fundamentum
apponat. Primarium Ecclesie fundamentum, & fundator Christus est: Isaie 26.
*Lapis angularis probatus, pretiosus, non ab alio, sed a se ipso soliditatem habens in-
conclusam. Apostoli fundamentum secundarium, qui doctrinæ a Christo acceptæ,
totum Ecclesie sustinent adficiunt. Quare, si quis superadficet super funda-
mentum hoc ligna, fænum, stipulam, unusquisque opus manifestum erit. Dies
enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & unusquisque opus quale sit ignis pro-
babit, inquit ibidem Apostolus, docens, quod si quis Fidei ab Apostolis fundatae no-
varum opinionum commenta inutilia, vana, dubia, nec veritatis ratione firmata,
sed inania, his vocibus: ligna, fænum, stipulam, significata, superaddat, unusqui-
susque opus manifestum erit: utemque adficiunt, non in lapide angulari, Christo, fun-
datum sublime surgere, & crescere nequit sed paenitus deficiens, quia fundamenti
origo ex imo, ex homine, sit, necesse est.**

12. *Hinc merito fidem definivit Apostolus ad Hebreos 1. Sperandlerum substantia-*
verum, argumentum non apparentium: quæ definitio non verificatur de Fide ver-
sante circa revelationes privatas. In primis non verificatur de illa, esse sub-
stantiam, sive firmissimam basim, qua major altera excogitari non potest;
cum revelatio privata id non habeat, tum quia pertinet ad gubernationem
œconomicam, quam excedit revelatio publica, pertinens ad gubernationem
pa.

politiam, tum quia licet S. Petrus, ut testatur epist. 2. cap. 1. à Deo Patre singulare, & eximium honoris, & glorie Iesu Christi testimonium accepit, cum ē nube lucida, in qua gloriose transfiguratus est, vocem audiit ad ipsum dictatum: *Hic est filius meus dilectus in quo misericordia complicitus.* Et hanc vocem nos audimus de celo altissimo, cum effamus eum ipso in monte sancto: non hac tantum visione patitur ad Christi divinitatem, potentiam, & gloriam Judaeis persuadendam, sed inquit vers. 19. *Habemus premitemus propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quod in cœlo latenti in caliginoso loco, donec dies claceat, & Lucifer vellet in cordibus nostris.* Non enim ubi de Fidei Dogmatibus agitur, privatis visionibus, aut ratione Doctorum virtutum deferendum est: nisi libris Propheticis, totoque Scripturarum Sacrarum corpore, ac Verbo Dei ab Apostolis viva vox tradita, & ad nos usque derivata, & per continuam Sanctorum Patrum successionem in fieri depositi conservato, fidei, morumque Regule precontinguntur. His namque privatis revelationibus non indiget Ecclesia, non Christi Vicarius, sed Spiritus Sancti infallibiliter a filiis auxilio, & immobilibus Clavigili promis inimitiori Supremi Pontificis distinctione.

13. Rursum dicitur fides, *Sperandorum substantia resum,* id est principium, seu cognitio rerum sperandarum, que quidem per spem desiderantur in via, & per fruitionem possidentur in Patria. Unde tandem universalitatem respicit in suo objecto spes regulata per fidem, ac fides regulans spem; licet modo diverso, utraque virtus veretur, utpote theologica, circa universalissimum, communisque rationalis Creaturae finem, tanquam circa objectum primarium, & specificativum, penes ejus respectum cetera omnia attinguntur: sed revelatio particularis non est ex cognitione hujusmodi universalium eius, nec ea regulans spem, nec ea, que per istam attinguntur, dicunt ordinem ad ipsum finem, ut ad primum credibile: ergo licet spes terminata ad objectum sperabile, absque habitudine ad objectum sperabile primum, non est theologica, sed communiter dicta, ita nec fides ad hoc credibile terminata, absque habitudine ad credibile primum, erit fides theologica. Tandem dicitur *Agemusnam nos apparentium,* quibus verbis denotatur convictio, quam habet quis, per hoc, quod assentiens principiis universalibus, & lumine naturali notis, deinde assentit aliis, que ex predictis principiis derivantur. vel ad illa dicunt habitudinem, ac respectum. Unde quantum ad hoc quod se habet fides respectu rerum, supernaturalium, ac lumen principiorum speculativum, ad speculabilitatem naturalia: & practicum ad practica: que et sua specie destinata sunt ad attingenda principia universalia, & universaliter ab omnibus attingibilia; ita ut si daretur lumen determinatum ad aliquod determinatum principium, & ab alio particulari intellectu dumtaxat attingibile, non esset lumen principiorum, sed distinctum specifice lumen: Ergo fides ex sua specie solum habet variati circa universaliter revelata, & ab omnibus cognoscibilia: ita quidem, quod si fides detur ad aliquod determinate revelatum, & privatim cognoscibile, erit fides specie distincta ab ea, que circa universaliter revelata, & cognoscibilia occupatur.

14. Assentior pariter cum hoc doctissimo viro propositioni quatuor, quod tempore revelationes privatae non habent vim locorum Theologorum, & id est Patri & Theologi locantes, ut consenserit Magister ad Ecclesiæ traditionem, nihil es illis deducere possunt: quod positum principium invictè probat D. Thomas, s. 2. q. 174. art. 5. ad 3. alterens: quod licet in Ecclesiæ regulis temporibus non defuerint aliqui Prophecy spiritum habentes, non quidem ad actionem dilectionis filii deprecandos, sed ad humanorum vitium direcciónes. Que quidem circa privatas revelationes regula, non tam à D. Thome, quam ab Apostolis, & ab Evangelista Iesu, tradita est. Ab Apostolo quidem 1. ad Galatas ubi ait: *Sicut vobis Evangelizari, prout id quod accipisti, etiam si Angelus, Anabemus.* Ab Evangelista autem, Apocalyp. Ultimo: *Si quis appassiverit ad hoc, supernus super eum Dominus plaga fecipiat in illo isto:* & merito quidem, inquit D. Thomas supra citatum Apostoli textum lect. 2. quis nihil Evangelizandem est, prout id quod contineatur in Ecclæsis, in Apostolis & in Sacra Scriptura implicite, vel explicit.

15. Hujus regulæ ratio est; quia cùm omnis manifestatio spiritus unicuique à Deo detur ad utilitatem Ecclesie I. ad Corinth 2. ad hoc scilicet, ut five fidei, five Gentiles, five servi, five liberi, unum corpus fiant, uno spiritu potentur, eadem religione vivant, eisdemque Sacramentis, tamquam signis fidem protestantibus utantur, & aliás, ut ex Physicorum D. Thomas tradit quest. 12. de verit. art. 2. ea quæ sunt proper finem determinantur secundum ejus exigentiam, ac proinde, ad nihil amplius potest extendi Spiritus manifestatio, quam ad predicti effectus, secundum quod per illos, & ex illis Ecclesia dimanat utilitas, sed fieri de novo particulares revelationes, distinctum credibile, vel rationem credibilitatis afferentes, tantum abest à predictis effectibus, & utilitate praestans, quin potius illos destruat; immo & architecturam Christi Domini censurat: quod insufficiens sit, ut supra diximus, suppositum fundamentum: Ergo licet ad humanorum actuum directionem aliquæ manifestationes fiant, non tamen ad novam fidei doctrinam deponendam.

16. Rem totam egregie dilucidat mirabilis, & Angelica doctrina D. Thomas 22. q. 1. art. 7. ubi inquirit, stram articuli fidei secundum successionem temporum creverint. Comparat in corpore articuli fidei Articulos, cum principiis naturalibus dicunt: Dicendum quid ita se habent in doctrina fidei articuli fidei, sicut principia per se nota in doctrina, que per rationem naturalem habentur, in quibus principiis ordo quidam invenitur, ut quedam in aliis implicitè continetur: sicut omnia principia reducuntur ad bac, sicut ad primum; impossibile est simul affirmare, & negare; ut patet per Philosophem in 4. Mscaph. Et similiiter omnes articuli continentur in aliquibus primis credibilibus, scilicet, ut credatur Deus esse, & providentiam habere circa hominem salutem, secundum illud ad Hebr. 1., accidentem ad Deum operari credere, quia est, & inquit: remuneratur sic. In esse enim Divino includuntur omnia, que credimus in Deo aeternaliiter existere, in quibus nostra beatitudo existit. In Fide autem providentia includuntur omnia que temporaliter a Deo dispensantur ad hominem salutem, que sunt via ad beatitudinem. Ex parte hanc modum aliorum substantiarum Articulorum, quidam in aliis continentur, ut incarnationis Christi, & ejus Passio, & omnia bufofusardi. Sic ergo dicendum est, quod quantum ad substantiam articulorum Fidei, non est factum erroris augmentatione per temporum successionem: quia quacumque posteriores crediderunt, continebantur in fide precedentium Patrum, sicut implicitè. Sed quantum ad explicacionem crevis numerus articulorum, quia quidam explicitè cogniti sunt a posterioribus, que à prioribus non cognoscabantur explicitè. Unde Dominus Misericordia Exaudi 6. dicit: Scio Deum Abraham, Deum Iacob, Deum Jacob: & nomen meum Adonai, non indicavi eis: Et David dicit: Super nomina intellexi. Et Apollinaris dicit ad Ephef. 3. In aliis generationibus agnitus non est mysterium Christi, sicut nunc revelatum est sancti Apostoli ejus, & Propheticis.

17. Huc eximie, & profundè D. Thomas: quibus consistat, quod sicut scientia non crescit quoad substantiam, per hoc quod aliquæ ejus conclusiones in principio implicitè precontente modo sciantur, que ante ignorantur: ita Fides non crescit quoad substantiam, licet nunc explicitè quedam credantur, que antea latebant: quia nempe omnia que modo credimus implicitè precontentur in illis duobus primis principiis Fidei, ab Apostolo traditis: Credere enim operari ocedunt ad Deum, quia est, & inquit: remuneratur sic, ex quo solum est differentia Fidei pro diversis temporibus, penes magis, vel minus explicitè credibilia attingere. Quod uti rem compertissimam fuit in solutione ad primum, quod sicut quoad substantiam eadem omnino fuerunt ab omnibus speranda, eadem etiam fuerunt ab omnibus credenda: licet bona speranda distinctius cognoverint, qui fuerunt adventui Christi vicini: cum enim ut supra diximus cum eodem Angelico Magistro in solut. ad 4. Ultima consummatio gratiae facta fuit per Christum. unde & tempus ejus dicitur tempus plenitudinis, ideo qui fuerunt propinquiores Christi, vel ante, sicut Baptista vel post, sicut Apostoli plenus mysteria fidei cognoverunt: sicut in statu hominis videmus, qui perfectior est in juventute, & tanto habet homo perfectorem statum. ante, vel post, quanto est juventuti propinquior. Hoc ergo & nihil amplius probat argumentum: quod sicut repugnat aliun esse Christum, alterum Precurseum, & alios

Apostolos ; ita implicat alia mysteria dari, vel ea distinctius ab aliquo ex hominibus presentibus, vel futuri cognosci : ut in expositione hujus articuli dicit Eminentissimus Cajetanus. Ex hoc tamen non negamus, quin etiam post Christum nos esset posterior habeat Doctor in his, que sunt Fidei, praestantiores alia esse anteriori, quanto non omni, puta quod in etate anni mississimi facerint doctores Doctorum in Fide, quam in etate anni oblongissimi : quia eti regulariter divina doctrina procedat secundum propinquitatem ad Christum, non tamquam alligata est illuminatio ejus ad hunc ordinem. . . . Namquam tamen fuerunt aut erant doctores, quodammodo Apostoli, sicut nec perfectiores, ut patet ex glossa ad Rom. 8.

18. Hec Angelici Magistri alta mente desigenda est doctrina, que efficacissime probat & revelationes privatas non esse sufficientes ad definitionem Fidei, & minime dati nova mysteria revelabilia : sed verba Domini nobis per scripturam, jam expressa, & per Prophetas, & Apostolos vocem, & scripto nobis tradita, esse Fidei theologicæ fundamentum : que est communis SS. Patrum vox. Audiebatur inter omnes D. Gregorius Magne super illa verba Job 38. Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? Sic loquens : Quid aliud per fundamenta, quam Predicatores intellegiunt, quae dum primus Dominus in Sancta Ecclesia posuit, toca in se sit subsequens fabrica stratura surrexit : ne obnoxia mutationi, & corruptioni sint mysteria, & traditio. Etenim progressu temporis fides explicatur, sed nulquam immutatur. ut eleganter explicat Vincentius Loricensis communis 1. cap. 28. & 29. Crescunt igitur aperient, inquit, & multam, vobementerque proficiunt, tam singularium, quam omnium, tam unius hominis, quam totius Ecclesia, statum, ac singularium gradibus, intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo sponte genere, in eodem scilicet degmate, eadem sensu, eademque scientia. Imitetur omnium Religio, rationem corporum, que licet annorum processu numerus evolvant, & explicent, eadem tamen que erant, permanentes. Multum interest inter Pueritia fore, & senectutis maturitatem ; sed idem ipso fuit fons, qui furant adolescentes : & quamvis unius, ejusdemque hominis status, habitusque mutetur, una tamen, eademque natura, una, eademque persona sit. Parca latitudine membra, magna juvenum, eadem ipsa fuit. Tamen quae partularum erant, tunc viceversa : & si qua illa sunt, quae ad matutinioris etate parinuntur, jam in senectute ratione profecta sunt, ut nihil novum postea proficeretur in scribent, quod non in primitu jam ante latitaverat. Quod si humana species in aliquam deinceps non sui generi vertatur efficiem, aut certe adiutor quicquam membrorum numero, vel detrahatur ; neque illi, ne totum corpus, vel intercidat, vel prodigium fiet, vel certe debilitetur. Ita etiam Christiana Religionis degma sequitur haec, decet, proficiam leges ; ut omnis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur etate, incurvatum tamen, illibatumque permaneat. Et universis partibus suorum membris, eamque quasi membris, ac sensibus propriis plenus, atque perfectum sit, quod nimirum proutem permutacionis adiutor, nulla proprietatis dispendit, nullam definitionem postulat variationem. . . . Recensu quoque igitur in hac Ecclesia Deus agricultura, fide Patrium satum est, hoc idem filiarum industria, decet, excusat, & observetur ; hoc idem floreat, & maturescat, hoc idem proficiat, & perficiatur. Est enim, ne prius illa ecclesiæ Philosophia degmata, processu temporis excrescentia, lumenetur, poliantur ; sed nefas est, ut consumantur, nefas, ut destruantur, ut nullentur. Accipiant, sicut, residentiam, lucum, affinitatem : sed resiliant successu est plenitudinem, integratorem, proprietatem.

19. En que fuit semper Ecclesie mens, & fides circa noviter predicata dogma, propugnata a Patribus, & Conciliis ; & qualiter que temporum progressu Ecclesia pertinere ad Fidem judicavit, ea priorum seculorum Ecclesiam fidem saltem implicita credidisse, necesse est : Quod totam, prout intelligo, luculentiter explicat Magister Cane, de locorum usu lib. 12. cap. 1. ubi explicat fidem nostram non inniti revelationibus, nisi eis, quas Apostoli, & Prophetæ, auctores videbunt canonorum librorum, ediderunt. Sic ille : Id quod Paulini confirmat, quo loco ait, fideles esse superedificato super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christi Iesu. Nulla igitur alia nisi Prophetarum, Christi. Apostolorumque doctrina, Fidem Ecclesie fundat. Nulla alia principia theologiae continet. Eadem enim sunt disciplinarum principia, ac fundamenta ; non ergo quem-

rumque a Deo revelata ad Fidei pertinente virtutem, sed et tantum, qua ad Ecclesiam Religionis pertinebunt. Quia vero nihil Ecclesia refert, ea credere, an non, qua Brigitte, Catharinaque Senecte vijs sunt; nulla certe modo ad fidem illa referuntur. Adde etiam quod Fides de qua hic sermone fit, non est privata virtus, sed communis: ea enim re, Catholicam dicitur, hoc est universalis. Quia circa primaria revelationes, cofundatricemque, & quoniamcumque illa sunt, ad Fidem Catholicam non sufficiunt, nec ad fundamenta, & principia Ecclesiasticae abhinc, qua vera, germanaque theologia: cuius rei illud item non leto argumentum est, quod, que non per Ecclesiam, ut ejus publicos adversarios Fidelibus propinquauit, illa non credit Catholicam Fidem, videlicet eam quae erat, ut que ad Republicam generaliter attinuerent, hoc non priuati quivis homines, ad eam retulissent, sed ejus communis omnino administrari. Fundamenta ejus, inquit, Psal. 6. in montibus Sanctis: id quod explicaturus statim adiunxit: Dominus narrabit in scripturis Populorum, & Principiis locorum, qui fuerint in ea. Scriptura ergo priuata non sunt Fidei Ecclesiastica fundamenta, sed scripture Populorum, quae subitis Principiis Ecclesiae tradiderunt. Quamobrem in principiis theologie nostra, cum ea sunt babenda, que priuata, ac singulariter quibusdam bonitatem significant a Deo sunt; sed que communiter, & publicè Ecclesiae sunt locum est Deni. Id si consuetudinem est, ut videtur certe, necessario sit consequent, ut ratio fidei theologie aquae formalis, non sit tam diffusa, & ampla, quam munillis apparet, sed multò astricter, atque contrictior, ut intelligatur esse veritas prima Ecclesiae revelata ea, que ad Religionem attinent. Id quod fore debet Fidei conscientia, certitudine, & summa requirebant. Nullo enim loco firma, facilisque, ac fessa confundet, si priuata revelatione sequeretur.

20. Hec eruditè, prout de more, vir iste doctissimus: & huc dicta sunt de quacumque Persona prophetante de novo, id quod non habet sofforustem ex Scripturis, Traditione, & SS. Patribus: secundum cujus Prophetiam non regulanda est mysteriorum cognitionis; cum & ipsa Ecclesia publicam ei fidem neget. Non alia de causa damnata olim Cataphyges, & Monophysites, quam, quod novas de tribus Quadragestimis celebrandis, de secundis Nuptiis abdicandis, de pace majorum, criminum reis deneganda, aliasque doctrinas inuita necessarii dogmatis proponerent. Quare deinceps Cataphygaram: (a regione in qua illorum heresis nata, est Cataphyges dicti, ut ait Nutius Alexander tom. 3. Historie Ecclesie) nomine a SS. Patribus illi novati fuere, qui novas, non de aliquo facto particulari, sed de aliquo dogmate, revelationes induxerant. Reuiciendi ergo sunt Prophetæ isti, qui se spiritu Divino afflatis esse credentes, novitates singulares, quas pescierunt Patres eorum, sub specie Sanctitatis introducunt, aut introducere conantur; alia Evangelii, & Sacrae Scripture apponentes, tanquam Sacrae Scripture partem: novam, eti non Fidem. Fidei doctrinam assertentes: cum incertum, & ambiguum, revelationis ipsius factus, postponendum sit certe, & infallibili Regula Divina, Scriptura Sacra, & Traditionis, quibus hucusque cognitionem mysteriorum fidei regulavit Ecclesia: ne Christianæ Religionis Doctrina novum incrementum accipiat, & novi indicis Fidei articuli, formari possint, quod a vere Ecclesie Dogmate alienissimum fatentur omnes Theologi.



*An obstet aliquid, ut revelationes privatæ omni
momento, auctoritate Sacrae Scripturæ,
Ecclesiasticæ traditionis, aut SS. Patrum
destitutæ, ut piè credibiles proponantur,
dummodo Ecclesiæ doctrinis, &
bonis moribus non sint
adversæ.*

21. Cum afferat auctor responsionis, nihil obstat quominus revelationibus privatis quæ omni tali sunt destituta Scriptura, Traditionis, & PP. fundamento, pia fides habeatur, sive ut pie credibiles permittantur dummodo Ecclesiæ doctrinis, & bonis moribus non obsistant; Patres enim tradunt plura ex dono interpretationis sermonum, inquit, & sub eodem dono non continentur ea, quæ aliunde innotescunt ex dono vel lumine Prophetie. Cum super hoc fundetur maximè ejus resolutio, diligentius id examinandum, momentoque suo pondemandum primo venit: nec enim ad ejus sententiam accedere possum. Huic namque primo resistit constans Ecclesiæ praxis. Enim vero cum inter immensa beneficia, quibus Dei Benignitas, & Clementia Ecclesiam suam cumulare non desinit, censenda non immerito sit veritatis cognitio, odiumque falsæ cognitionis, ut doctrina ab Apostolis, & Sanctis Patribus ipsi tradita, illibata penitus, impolluta, ac sarta testa in omnibus servetur; hinc merito Ecclesia, quæ juxta Apostolum ad Ephes. 5. Est non habens maculam, neque rugam nec aliquid hujusmodi, nusquam prophanum aliquod, vel non divinum scriptum, tamquam divinitus inspiratum haberri permisit; distinguens, ac seperans, quasi os Domini, pretiosum a vili, mundum ab immundo. Sancti quoque solliciti semper fuerunt ne novis doctrinis fidei simplicitas alteraretur: Ideo merito S. Dionysius Alexandrinus, Nepos Episcopi Egypti libros, quibus fabula de millenario Christi Regno in terris asserebatur, damnavit. Sic & legimus in actis, quæ falso dicebantur Apostolorum, falsas historias, ficticias visiones, suspecta miracula ab Apostolis reprobata; multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus. Hoc & factum legimus à S. Leone Epist. 93. ad Turibium data Cap. 15., qui libros confitos, suppositos vel interpolatos damnandos pronuntiat. Curandum est ergo, inquit ille, & Sacerdotales diligentia maxime providendum, ut falsati codices, & à sincera veritate discordet, in nullo usu letiouis habeantur. Apocrypha autem scriptura, quæ sub nomine Apostolorum multorum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendo, sed etiam penitus auferenda sunt, atque ignibus concremandæ. Quoniam enim sunt in his quædam, quæ videntur speciem habere pietatis: numquid tamen vacua sunt veneno, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueat eujuscumque erroris involvant. Unde si quis Episcoporum, vel Apocrypha haberri per domos non prohibauerit, vel sub Canonicorum nomine eos Codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione vitiasi, hereticum se uoverit judicandum, quoniam qui alias ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.

22. Hujusce rei persicendi gratia in Concilio Romano 1. sub Gelasio libri sacri authentici ab Apocryphis sunt discreti; non solum Concilio repudiante, verum etiam ab universa Romana Ecclesia Catholica eliminante, ac in aeternum, damnante plura scripta. Damnavit Evangelia nomine Apostolorum Petri, Thadei, Matthei, Jacobi minoris, Barnaba, Thomæ, Bartholomai, & Andree, simulque, actus etiam nomine ejusdem Andree Apostoli, Thomæ, Petri, & Philippi.

Etiam

Etiā damnavit libros de *infantia Salvatoris*, de *Nativitate Salvatoris*, de *Maria*, & *obstetricie*, & qui appellatur *transitus*, id est *assumptio S. Mariae* necnon, & plures alias *revelationes*; *revelationes* nempe, quae appellantur *Thome Apostoli*, *Sancti Stephani*, *Pauli Apostoli*, sive *ejusdem Apocalypsim* de qua *Sanctus Augustinus tract. 9^o*. in *Joant.* qua occasione vani quidam *Apocalypsim* & *auli*, quam fana non recipit Ecclesia, nescio, quibus fabulis plenam, stultissima *præsumptioni* finxerunt, dicentes, hanc esse, unde dixerat, raptum se fuisse ad tertium cælum, & illic audivisse ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui, et si in plurimis non constet, errorem adversum Fidei Catholice, aut bonis moribus inveniri.

23. Hoc sit evidens ex epistola *S. Barnabæ*, quæ inter Apocryphas legitur testis *S. Hieronymo* in *Catalogo Scriptorum Ecclesiast.* in *Barnaba*, & tamen testatur idem ad adificationem Ecclesiæ pertinere. Ex canone etiam librorum sacrorum expunxit *Gelasius librum Pastoris*, de quo idem *Hieronymus* ibi ait, *revera utilis liber*, multique de eo *scriptorum veterum usurpaverunt testimonia*, quia ut notat ipse in *Abacuc. ad cap. 1.* Ex quo liber ille *Apocryphus* *stultitiae* *condemnandus* est, in quo *scriptum* est, *Angelum nomine Tyri præesse reptilibus*. Damnavit *Gelasius* librum, qui dicitur *Canonum Apostolorum* ut *Apocryphum*; de quo *S. Isidorus Hispalensis* affirmit ex *Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ*: *Canones*, qui dicuntur *Apostolorum*, quia eos nec *sedes Apostolica* *recepit*, nec *Sancti Patres* illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab *Hæreticis* sub nomine *Apostolorum* compositi dignoscuntur; quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab *authoritate Canonica*, atque *Apostolica eorum gesta* constat esse remota, atque inter *Apocrypha* reputata. De quo argumento eleganter, ac profundè scribit *S. Augustinus de Civit. Dei cap. 23. num 2.* Omittamus igitur earum *scripturarum* *fabulas*, quæ *Apocrypha* nuncupantur, eo quod earum *occulta origo* non clariuit *Patribus*, à quibus usque ad nos *auctoritas veracium scripturarum certissima*, & *notissima successione* pervenit. In his autem *Apocryphis*, et si invenitur aliqua veritas tamen propter multa falsa nulla est *canonica auctoritas*. Scripsisse quidem nonnulla *Enoch* illam *septimum* ab *Adam* negare non possumus, cum hoc in epistola *Canonica* *Judas Apostolus* dicat. Sed non frustra non sunt in eo *Scripturarum*, qui servabatur in templo *Hebrei* populi succedentium diligentia *Sacerdotum*, nisi quis ob antiquitatem suspecta fidei judicata sunt; nec utrum hæc essent, quæ illi scripsissent, poterat inveniri non talibus proferentibus, qui ea per scriem *successionis* reperirentur ritè servasse. Unde illa, quæ sub ejus nomine proferuntur, & continent istas de *Gigantibus* *fabulas*, quod non babuerint homines *Patres*, recte à prudentibus judicantur non *ipse* esse credenda; sicut multa sub nominibus, & aliorum *Prophetarum*, & recentiora sub nominibus *Apostolorum* ab *Hæreticis* proferuntur, quæ omnia nomine *Apocryphorum* ab *auctoritate canonica diligenti examinatione remota* sunt.

24. Prudenter ergo summus Pontifex *Gelasius* libros in *auctoritatem recipiendos*, *Sancto Spiritu* instruente, præfixit; cautè hoc factum stam ut fideles ea *scripta* abjecerent, damnarent, supprimarent, sive quæ *Hæreticorum* *fraus*, dolusque procuderat, sive quæ præpostera Christianorum quorundam pietas, pariter & inscitia, sub amplissimo *Apostolorum* nomine, vel *Discipulorum* obtenu, supposuerat. Et ne ut dixit *Hormidas Papa*, *opinioni sua lector indulgens* non quod *Ecclesiastice adificationi* conveniret, sed quod *voluptas sua concepisset affereret*: Cui consentit *S. Hilarius* scribens ad *Constantium Augustum*: *inolevit usus*, ut postquam nova potius capit concedere, quidam antiqua reuinere, nec veterata, nec innovata firmaverit.

25. Sed ad horum majorem evidentiam, perpendantur ea que leguntur in libro de *Infantia Salvatoris*, in quibus pleraque supra fidem, adeo sunt, ut vix credulis mulieribus persuadeantur; prout observavit *Doctissimus Calmet* in dissertatione *Evangelia Apocrypha*, cujus verba hic adducere placet. „ Hæc „ summa prodigiorum, quæ in libro infantiae Salvatoris leguntur Invenimus in „ libro Josephi Pontificis, alio nomine Caipha, Jesum locutum esse, & quidem „ cum in Cunis jaceret (idem pariter, & in Alcorano sepius legas). Cum „ Joseph & Maria Bethleem accederent, significavit mulier sancta conjugi „ suo partus sui horam instare; quare cum ad urbem pervenire non possent, ibi „ que in speluncam divertere, ubi foetum suum illa edidit. Eo temporis in- „ ter-

24. " tervallo questurus obfetricem aberat Josephus, qui una cum inventa fe-
" mina via spelunca limen attingerat insueto fulgore locum iradiatum, na-
" turisque puerum in praesepio jacentem, pannisque obvolutum admirans eis,
" Tertia Infantem obfetricis: nec mora præsentissimum illud leproz, qua to-
" nebatur remedium experta. Apparuerunt per visum Pueribus in medio su-
" bito coruscantis lucis Angeli, quemadmodum & in Sancto Læs relatum
" est. Circumcisus in spelunca Infantis præputium ab obfetricice solerti cura ser-
" vatum est, repositumque in alabastro vase, prætiosis unguentis referto.
" Porro vas illud deinde emens Maria peccatrix, Iesu Christi pedes inunxit.
" Quarta nato Puer die, Angelorum Satellitio hispatus, oblatus fuit in templo,
" in ulnis Simeonis receptus. Anna interim Prophetissa gratias agente Deo
" quam maximas. Venerunt Magi iuxta vaticinum Zarostri, quos Maria
" panniculo Infantis præiosissimi munieris loco donavit; redieruntque deinde
" in Regionem suam, Angelo in formam Syderis reducente, quem ducem an-
" te itineris haberant.
25. " Fœcia illa à Magis Marij dono accepta, in ignem projecta illæsa reducta
" est. Decreverat Herodes Infantes omnes Bethleemitos trucidare, qua de re
" admonitus per somnum Ioseph, atque in Ægyptum secedere iussus, cum
" Alexandriam venisset, corrut idolum (*Serapidi*), ingenti terra concusso-
" ne Resio universa turbata est, obsidentes filium Sacerdotis Demones ad
" contactum panniculorum Iesu fugati. Ioseph, & Maria Paganorum metu
" ex Urbe se proripientes, cum divertissent in desertum, speluncam latro-
" num subierunt. Ne quid gravius ab illis patarentur fecit sobitus quidam
" fragor, cuius terrore in fugam se dare coacti sunt. Obsella à malis Spiri-
" tibus feminæ sanitati restituta est. Femina quædam singulis noctibus De-
" monis in formam anguis levitie vexata, liberata est: leprous incommodum
" nullum ultra sensit alia itidem feminæ, que aquis Iesu Christi lotione sancti-
" ficatis corpus suum lavit, quo itidem remedio convalescit puer quidam
" leprosus. Ne conjugum suum consummaret, maleficium aliquod homi-
" nem quendam prohibebat: exflata sunt statim omnia. Juvenis quidam in
" multum transformatus erat, statim in prætinam figuram. Cum Titus, &
" Dimacus, ambo latrones, liberos abire permisissent Ioseph, & Mariam,,
" ambos una secum in Crucem levandos Jesus Christus predixit. Venerant
" Materama ad fontem ubi post losam Infantis tunicam à Matre in fonte
" balsamum virtutis apparuit (eo loci alia quædam prodigia facta narrat So-
" zomenus l. 5. cap. 21.) Manserunt triennio in Ægypto, ubi pluribus prodi-
" gis, nullibi descriptis Jesus Christus inclaverit. Tandem monita Angeli Ia-
" sebus redire Nazareth jussus, primo Bethleem contendit, ubi, & puerum
" gravi morbo afflictum sanitati, & defunctionem alterum aqua Iesu Christi lotione
" sanctificata vite restituit.
26. " Unius conjugis uxores due filium quæque suum morbo afflictum dolabant;
" quarum altera ad Mariam confugiens, panniculis Iesu acceptis valetudinem
" contulit filio. Æmule filius decellit, quod simulati in alteram augende
" causa fuit. Eo processum est, ut mortui filii mater vivum alterius in can-
" dentem furnum immitteret, sed nihil inde incommodi in Puerum. Post ali-
" quos dies cœriminosi illa mulier in potum decedunt, interit. Mulier altera,
" duorum filiorum mater alterum extinxit dolebat, alterum mori extinguen-
" dum, sed postremi hujus valetudo statim restituta est, cum in lectulo pueri
" Christi jacuit: porro idem est puer iste, qui deinde Bartholomeus in Evangelio.
" Leprosam feminam mundavit aqua, qua Iesu lavit, sicut & alteram eodem
" morbo afflictam. Demonem tandem puellam quandam Dracocis aïsa mpta
" forma voraturum expulit Iesu.
27. " Iuda filius mulieris cuiusdam De more agitabatur (*Iudas est Iscariotes*)
" hic Iesu latus momordit, & salva omnia (idem est latus in passione lancea
" transfosum). Fabricabat semel Iesu per ludum à luto animalia unâ cum aliis
" pueris, sed fabricata à Iesu vita statim donabantur, ut nihil illis deesset, non
" proutus, non cibi capiendo facultas (ejusdem prodigijs minimit Alcoranus

„ Surat. 3. & 5. & Toldos *Iesu*) Accidit, ut versans semel in officina tinctoris,
 „ pannos, quos ibi fortè offendit, simul omnes in cacabum tinctorum injice-
 „ ret, tum eductos peculiari singulos ad voluntatem Domini colore imbutos
 „ exhibuit. Discurrebat *Joseph* una cum filio suo *Iesu* per Urbis aedes, carpen-
 „ tariam, sive lignariam exercens: quod si fortè aliquod minis quam pro voto
 „ brevius, sive prolixius occurseret, *Iesu* ad mensuram reddebat. Ita Regis
 „ Hierusalem solium ampliavit, solium, inquam, prætiosissimis lignis, jam inde ab
 „ ætate Salomonis servatis, biennali opere à Josepho fabricatum.

29. „ Ludentium puerorum turba se se immiscuerat *Iesu*, in hædos pueros il-
 „ los transformans, tum, & ad priora restituens. Pupugerat puerum quendam
 „ vipera, & *Iesus* adducto puer ante bellum foramen, illam accivit, iubens su-
 „ gere quantocius vulnus; ex quo factum ut anguis necaretur, tum, & puer sa-
 „ nitati restitutus, inter Discipulos liberatoris sui futurum te tandem ab ipso co-
 „ demque intellexit; ipsissimus est autem *Simon Zelotes*. Misit *Josephus Jacobum*
 „ filium suum unum cum *Iesu* ligna in nemore quæsitos; factum est autem, ut
 „ Vipera *Jacobum* morderet, qui tamen *Iesu Christi* opera convaluit. Cum for-
 „ tè puer quidam cum *Iesu* verfaretur, è testo adium lapsus in precepis interiit;
 „ accusatus est de parricidio *Iesus*; sed ille extincto puer loquendi facultatem
 „ restituens egregie se coram omnibus purgavit. Missus afferendis aquis, lage-
 „ nam casu fregit, nec tamen inde aliquid ex aquis effluxit, quas in pallio tu-
 „ lit ad Marem.

30. „ Die quadam Sabbati *Iesu* luteum quemdam fontem fabricavit, luteis item
 „ passerculis in ejus margine constitutis. Actum violati Sabbati reus *Anan* de-
 „ fertur; accurrit ille, oculatusque testis non sine admiratione avolantes aves
 „ spectavit; fontem verò cum destruere niteretur *Anani* filius, evanuit aqua;
 „ quo pariter emblemata designari futurum, ut ejus vita evanesceret, *Iesus*
 „ non frustra pronuntiavit; illico enim arescens occubuit: quo eodem fato in-
 „ teremptus est puer, *Iesum* impellens, ut caderet, cadens enim puer ille pro-
 „ tinus expiravit. Ludi magister quidam Hierosolymæ inter Discipulos suos ha-
 „ bere *Iesum* cupiebat, quem ille altis adeò questionibus tentavit, ut quem Disci-
 „ pulum habere volebat, hunc sibi magistrum sentiret. Tandem solus alphabe-
 „ tum recitavit, hærente magistro præ stupore; cum autem ipse magister ver-
 „ beratur puerum manus extenderet, aruit illico manus, tum & intercluso
 „ spiru vir ille occubuit.

31. „ Duodennis *Iesu* ad Urbein Sanctam veniens, inter Imedios Doctores se-
 „ constituens, plura viros interrogabat, & respondebat itidem plura, non de
 „ lege tantum, sed in Philosophia etiam, Astronomia, omniq[ue] scientiarum ge-
 „ nere; ex quo in admirationem sui rapuit universos. Redit inde Nazareth cum
 „ parentibus suis, ad trigesimum usque ætatis annum commoratus; atque ab
 „ hoc die miracula, arcana, & secreta sua oculare cepit. En brevis conspe-
 „ ctus Evangelii Infantie Arabice à Sikio editi.

32. „ E Greco quodam fragmento, a D. Cotelerio vulgato, constat paulò alium
 „ fuisse in Greco Codice prodigiorum ordinem, & narrationem. Primum ibi
 „ prodigium occurrit de 12. passerculis luteis, quos *Iesu* ad vitam vocavit. Le-
 „ gitur etiam ibidem prodigium de aqua fontana ad priores latices restituta, de
 „ fanitate, & motu redditio filio *Anani*, quem prævio membrorum stupore per-
 „ culerat, quod fontanas aquas suas esfudisset; ne tamen unquam prodigiū me-
 „ moria intercederet, ex artibus unum arenem reliquit. Accidit ut puer qui-
 „ dam inambulantem per viam *Iesum* retrò post terga teneret, cui minitans non
 „ ultra iter suum prosequuturum ipse *Iesu* denuntiavit. Nec mora, puer exani-
 „ matus intercidit; parentes verò ipsius querelas, ea de re suas ad *Joseph* deferen-
 „ tes, luminum orbitate a *Iesu* percussi sunt. Sublatos ea de re clamores intelli-
 „ gens *Joseph*, *Iesu* filii sui aures violente distractit; quare *Iesu* in Patrem ira-
 „ scens, satis sit tibi, ait, has gentes querere nec invenire; non planè egisti fa-
 „ pienter: succurrat tibi me filium tuum esse, & quietum relinque. Secun-
 „ dum hac legitur historia Iudimagistri, & fullonis. Ex his satis, quantum
 „ arbitror, intelligimus, Græcum Evangelium plus etiam quam Arabicum,

„cujus nos epitomen dedimus, impudentia, & fabellis scatere“. Observentur ex his plura; quod nempe Iesu locutus sit cum in cunis jaceret; quod mulier obfietrix, quae ad praesepium accesserat viderit insueto fulgore locum irradiatum; & contactu Infantis à lepra, qua tenebatur, sanata fuerit: quod venerint Magi, & eis loco prætiosissimi muneri dederit Infantis panniculum. Quid obsecro in his, & pluribus aliis, ne acta iterum agamus, adversus fidem, & adversus bonos mores? Si ergo liber iste de *Infantia Salvatoris*; et si nihil in eo sit Verbo Dei, legique divinæ repugnans, ut inutilis, & absurdus rejectus est; quia vanissimis nugas, fabellis, & commentis sanctitatem Religionis vitiat, argumentum sane efficacissimum est ad probandum, ne quidem ut piè credibiles permittendas esse revelationes illas, ad quarum assensum non ducunt Patres, non trahunt Concilia, non inclinat Ecclesia; non suadet utilitas. Tot sunt Ecclesiæ mysteria revelata, tot puræ Historie, co puriores, quo per SS. Patres Apostolicis temporibus viciiores, ad nos pervenerunt; ut superflua, nè plus dicam, videri debeat tanta mulierium visionum indies accrescens copia; quas ut veras esse posse non nego, ita utiles, & necessarias esse Ecclesiæ Dei, persuadere mihi quis difficillime poterit: quin potius vereor nè hujusmodi mercium Mangones, velut falsis Prophetis autes accomodantes, iudicet Dominus per Ezechielem 11. *Numquid non visionem cassam vidijlis, & divinationem mendacem locuti es sis, ait Dominus, cum ego non sim locutus.*

33. Secundo id evincitur summorum Pontificum decretis. In Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 11. Constit. 15. que incipit, *Superne, contra Pseudoprophetas statutum fuit sequens decretum: ut tales assertæ inspirationes antequam prædicentur, ex nunc Apostolice Sedis examini reserventur.* Quare Urbanus VIII. pro revisione, librum, ut in suis decretis, servandis in canonizatione, & beatificatione Sanctorum pag. 51. legitur, sequentia ordinat. Præterea etiam diligentissime indagandum est, an ille, vel illa pro cuius canonizatione instauratur, scripsit aliquos libros, tractatus, opusculo, meditationes, vel quid simile; nam si scripsisse consticerit, non prius est ad aliquem actum inquisitionis deveniendum, quam tales libri diligenter in S. Congregatione examinatur, utrum continuerent errores contra fidem vel bonos mores, vel doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque à communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienam. Quo sapientissimo decreto non rejicit solum revelationes contrarias Fidei, sed & illas, que doctrinam aliquam novam, ac peregrinam a communi Ecclesiæ sensu, & consuetudine alienam affirmant. Tum primo, quia doctrina heri nata, non soliditatem, & veritatem spirat, cum Ecclesiæ sapientia aeternum quid sit, ideoque mutationis ignara. Si ergo uno quovis tempore fuit Ecclesiæ mysteriorum necessaria cognitio, cuius certitudinem nobis servat traditio; cur non ad hujus auctoritatem, sed ad privatas mulierum revelationes referenda major mysteriorum, quibus in veri Dei religione erudimur, notitia? Traditionis quippe tam magna est auctoritas, vis, aut pondus tantum est, ut firmum in nobis causeret assensum. Quare Proverb. 22. legitur: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui, & Jerem. 6. Interrogate de semitis antiquis, que sit via bona, & ambulate in ea: Ne contra illud Apostoli oraculum, novitates devita, novitatem admittentes, temeritatis, & levitatis condemnemur.* alios querentes Magistros, non Scripturam, Traditionem, Patres, & Concilia.

34. Tum secundo id ipsum prudentissimè dispositum est à summo Pontifice. Quid namque magis adversum Spiritui Ecclesiæ, que teste *Apostolo Paulus* est columna veritatis, & peregril traditionis custos, quam quod introducatur Deus, mediis hisce privatis, & multoties inter se oppositis revelationibus, falsa loquens? cum præcipiat *Apostolus ad Ephes. 4., ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vero doctrina, in inequitate hominum in astutia ad circumventionem erroris.* Non ergo, ita facilis debet esse permisso, ut novæ doctrinæ indies, tanquam à Deo revelatae, à mulieribus divulgentur; que nec ad utilitatem Ecclesiæ, nec ad germanam veritatis elucidationem, nec ad assultus Hæreticorum retundendos valent. Hoc Ecclesiæ minus gloriosum est; nam his novitatibus admissis, obtusa, ac defectuosa videri possent arma, quibus hæcceaus contra novatores invictè certavit, Traditio videlicet, Scriptura cum SS. Patribus. Id quoque paci fidelium contra

trariatur; dum discordiarum, & confusionis materiam subministrant nova Doctrina, quibus omnia cimmeris tenebris involvent, & incredibili, ac plusquam-Babilonica confusione confundunt. Et cum res relevata per hujusmodi relationes, non sint ab Ecclesia definite, Fideles in contraria scanduntur studia; ut etiam diserte pronuntiat S. Hieronymus in Ossam lib. 2. in Proemio: *Omnis in arte, tamen gloria, quam obtristatio, secundi adversaque ventis arit, dum aut amici plus meritorum lassent, aut inimici plus iusto detrahunt: raroque intereat, qui in utramque partem mortalium, aut odio, sed terram equitate ducatur.* Quae enim, obsecro, major confusio, quam fideles in mysteriis exponendis, non unanimi inter se consensione, conspirare, non uno ore loqui, non idem intima voluntatum, & animorum coniunctione sentire? Dissidentes intellectu sententiae, voluntatum scandunt concordiam, qua sublata, universa Republica Christianae fluctuat tranquillitas. Non potest inconclusa animorum quies perdurate, ubi semper novitatum semina crescunt: & cum nova novis, quotidie mulieres iste adiciant, brevi omnia in mysteriis Christi Domini, & B. Virginis ita incerta erunt, ut nihil prorsus ratum, ac fixum futurum sit, & certum ab incerto vix, si tamen vix, poterit dignosci: cum magna, non dico hereticorum, sed & fideliū admiratione. Aduantur Bollandistæ tom. 6 Jul. pag. 256. num. 106. De reliquis S. Anna: ita Seruias lib. 1. *Revera Magnitudinum cap. 17. in S. Stephani templo fuit alii, S. Anna caput; sed anno Domini 1500. circa B. Virginis Conceptionis festum a lapicida furto Mercatorum sublatum, ubi & hodie magna Religione, circumfrentibus hereticis collatur; nam ibidem illud assertum decrevit post longas litteras Julius secundus anno 1507. Anniversarium horum litanum descriptionem habet Jacobus Pallius Misurita in exposito historico S. Anna cap. 2. & sequentiis. Et num. 116. pag. 258. "Oportet falsa esse omnia, que de Sacris Sancta Anna ossibus hucusque protuli, si vera est revelatio, quam Venerabilis Maria a Jesu Abbatilla Agredensis in opere hispanico, cui titulus *Mystica Crux Dei* habuisse dicitur: illic enim p. 2. lib. 6. cap. 26. num. 1469. in edit. Ulyssiponensi pag. 573 inter corpora Sanctorum, que *Matthæi 27 v. 52. resurrecti sunt* leguntur, præter *Jacobum*, & *Josephum* diserte nominantur S. Anna, que cum corpore & anima ad immortalem vitam resuscitata fuisse traditur. "Prosequuntur isti num. 117." Præterea rogatos velim eos, qui omnia Abbatilla Agredensis scripta tam acriter defendunt, ut illam opinionem componant cum revelatione S. Brigittæ, que lib. 6. revelationum cap. 102. habet S. Anna attestatam esse, veras reliquias suas, quas Sacra Monasteri S. Pauli extra muros Romæ S. Brigittæ dedecrat". Hinc Bollandistæ. Quare hoc maxime in objecto revelationum observandum esse admonet Gratianus lib. 2. de objecto revelationum cap. 2. his verbis. *Nec solum expicendum est, si contra Fidei veritatem aliquid inducatur, sed si quæcumque utilitas, & singularis, & particularis opinio, quam nec Scriptura, nec Traditione, nec P.P., nec scholastica doctrina communaret, sed affectus salini placito motu reprobatur.**

35. Et sane quis non miretur de eisdem rebus in utramque partem, variis, & contrariis revelationibus certari? Veritates revelatae sunt xternæ, & immutabiles & ideo non possunt per Spiritum Sanctum, alia, & alia revelari, ut scripsit Sanctus Cyprianus Epist. 67. ad Stephanum 1. data: *Neque enim poterat esse apud nos fons alterius, in quib[us] natus esset Spiritus.* Et ideo manifestum est, enī Spiritus Sancti revelat in una ratione cum ceteris, quem videntem auctoritate sentire. Que ergo ex his duabus opinionibus erit reprobanda, vel qui potius erit eligenda, ubi utriusque est eadem revelationis auctoritas? Ergo cum non sit honoris, & utilitatis Ecclesia, quod in gremio ejus fideles contrariis dividantur opinionibus; nec illa prudenter spectari possit utilitas, qua tantum malum compensetur, nullo pacto toleranda, etiam ut pie tantum credibiles, sed rei scienda videntur. Ut jam taccam magnum dari etiam Hereticis argumentum calumniae, ut istas cum grandi chachino, & indignatione irrideant, & cum illis etiam veras Ecclesias revelationes reficiant, & accusent. Vanitas quippe talium revelationum, non amorem, & sidem Hereticorum devincit, sed potius odium & indignationem conflat; & cum nullum Reipublicæ Christianæ aferant incrementum, omnem potius spem abrogant, ut tamquam veras religiosas suscipiant Ecclesias revelationes, prout observat vir ille clarissimus Magister Lomus lib. II. cap. 6. dicens: *Ecclesia Christi bi-volumenter incommodant, q[uod]*

res Divorum præclaræ gislat non se putant egregie exposituros, nisi eas fuisse, & revelationibus, & miraculis adornariant. Quia in re nec S. Virginis, nec Christo Domino bonum impudentia pepercit: quin quod in aliis Divis facilitavit, idem quoque in Christi, & Mariæ bisferia scribenda faceret, & pro ingenii levitate multa vana, & ridicula commisceretur.

36. Anno 1677. Sedes Apostolica damnavit auctorem Italum, Imperiale dictum, qui apocryphorum librorum de Ortu Virginis, & Tragedie quæ inscribitur, Christi patrem, deliramenta fecutus, docebat, S. Annam citra suæ Virginitatis statim, Mariam concepisse: licet jam publici juris facta fuisset revelatio V. M. Sor. de Agreda, que legitur 1. par. lib. 1. cap. 15. num. 213. quod in Conceptione bac corporali Virginis Maria abfuerit omnis concupiscentia & deliciatio. Huic, inquit illa, non multum absimile (ut ut longe admirabilius) fuit prodigium, quo Anna Mater sacratissima Virginis Maria concepit: proinde bac in re Sancti Parentes tantum à concupiscentia & deliciatione absurunt, ut culpe originali hic deficeret accidentis, quod materiam, vel instrumentum quo communicatur, plurimque comitatnr. Sola adfuit materia, ab omnibz imperficiione immunis, & atto ipsa meritaria extitit. En fere hujus auctoris damnata sententia; non quod aliqua erroris nota inuri possit; sed quia resiliit avita Ecclesiæ traditio.

37. Etiam Innocentius XI. acerrimus veritatis Vindex die 6. Marti anno 1682. Pontificatus 6. damnavit laminas, seu libros Granatenenses sua Bulla, quæ incipit. "Ad circumspetum Romani Pontificis, cui gregis sui custodiam commisit Altissimus, noscitur providentiam pertinere, ut que Christianæ religionis, Catholiceque Fidei veritatem perniciosis dogmatibus, fictisqne revelationibus, & fabulosis narrationibus corrumpere valerent, ea Apostolici censura judicii configere, & à Christianorum oculis, mentibusque procul amovere studeat &c. Porro inter libros damnatos leguntur sequentes: Liber rerum gestarum præclaræ Domini nostri Jesu, & miraculorum ejus, & Matrit ejus Maria. Sanctæ Virginis. Liber bisferie certificationis Evangelii. Liber mysteriorum magorum. Liber Colloquii S. Maria Virginis. Liber rerum præclæ & gestarum Sancti Jacobi Apostoli, & miraculorum ejus, quos omnes pro damnatis ac reprobatis perpetuo haberi debere decrevit summus Pontifex; cum falso tribuantur Beatissime Virginis Mariae, & Sancto Apostolo Jacobo majori, aut ipso dictante ejus Discipulis Theophori, & Cecilio; imo sunt pura figmenta humana, in perniciem Catholice Fidei composita, & respectivè contineant hereses, atque errores ab Ecclesia Catholica damnatos, ac adversantur litteræ sacre scripturæ, & expositioni SS Patrum, & sensui Ecclesiæ. Non enim, inquit Hieronymus in cap. 1. Epist. ad Titum, garrulitas sine auctoritate fidem facit, & iterum ibi, de eisdem loquens, afferit: Tales homines Doctor Ecclesie, cui anima populorum credita sunt, scripturarum debet ratione superare, & silentium illi testimoniorum pondere imponere. Quibus satis superque constat, quomodo Ecclesia revelationes particulares judicat, & resolvit per universales. An nempe cum Sacris Litteris, cum Apostolicis Traditionibus, cum SS. Patribus, cum Ecclesiæ distinctionibus, cum communī Ecclesiæ consensu consentiant, nē privatis novitatibus gaudeamus, antiquitatis scita fasidientes: quarè in Synodo Ephesina hec fuit una vox Patrum contra Nestorianos: Quod fuit antiquitus traditum, servetur, & quod adiumentum naper, explodatur.

38. Resiliit tertio communis Theologorum opinio, afferens difficillimum esse discernere revelationes, quæ à spiritu veritatis inspirantur, & divino superius funduntur lumine, à revelationibus, quæ à spiritu mendacii, vel à propria illusione administrantur, ac suggeruntur. Nullus est qui neget revelationes illas, quæ adversantur Regulis morum, & Fidei esse, ut falsas rejiciendas; cum non possint esse ex Spiritu sancto, nonnisi verba vita aeterna, & supremæ veritatis Oracula pronuntiantur. At cum sint & revelationes aliae, quæ non ita facile solidis refutari valent argumentis, an ista merito ut commentitiae rejicienda, damnanda, & supprimenda veniant, etiæ prepostera quorundam Christianorum pietas ut divinas veneretur, hoc opus, hic labor est, cuius resolutio etiam viris Ecclesiasticis scientia, & auctoritate insignibus, cum Dei donum sit, difficillima est. Ex quo sequens deponitur argumentum. Si sufficeret ad examen revelationum hatum, quod illæ non essent contra bonos mores, & contra fidem, facillima esset discretio: quid namque

que sapientibus facilius, quam scire, utrum res revelata sit adversa fidei, & regulis morum? Ergo non sufficit ut probetur revelatio, quod illa non sit contraria Doctrinae Catholicae, nec à regula Ecclesiae discedat, sed ulterius requiritur, quod in omnibus vera sit. Discursus est. 5. *Augustini de Genesi ad litteram lib. 12. cap. 12.* his verbis. Discretio sane difficilissima est, cum spiritus malignus quasi tranquillus agit, ac sine aliqua vexatione corporis, assumpto humano Spiritu dicit quod potest; quando etiam vera dicit, & utilia prædicat, transfigurans se, sicut scriptum est, velut Angelum lucis, ad hoc, ut cum illi in manifestis bonis creditum fuerit, seducat ad sua. Hunc discerni non arbitror nisi donec illo de quo ait *Apostolus 1. Cor. 12. v. 10.* Cum de diversis Dei munib[us] loqueretur, alii dijudicatio spirituum. Non enim magnum est, tunc enim dignoscere, cum ad aliqua pervenerit, vel perducerit, quæ sunt contra bonos mores, vel Regulam fidei. Tunc enim a multis discinxitur. Illo autem dono, in ipso primordio quo nuntiat adhuc bonus apparet, continuo dijudicatur, an malus sit. Hac S. Doctor. Non ergo ex quo revelationes non sint contrariae Catholicae doctrinae, neque à regula fidei discedant, illis acquiescere tenemur; cum & plures vane, insolite, ac commentitiae esse possint, et si à veritate fidei non discordent, quas nonnulli viri, alioquin pii, & bona fide pleni sed instruti parum, etiam ut Religioni utiles autument; quas tamen Ecclesia non recipit, ne aliorum fidem, credulitatemque, etiam piam, extorqueant: & ne cum Sanctis revelationes inutiles ad aras ascendant, & tanto digniores in Ecclesia habeantur, quanto excelsiores fuerint Sancti, pietate, & virtute, quibus tribuuntur.

39. Enim vero si modo ego, vel alius, publici juris librum facerem, has easdem, quas continet liber iste, vel alias similes doctrinas continentem, que essent res à me inventæ, non prioribus seculis, aut antiquitati creditæ; non acceptæ, sed à me piæ & devote excogitatæ; quas ego non tide divina credendas proponerem, sed solum pie legendas; an non ipse vindex revelationum harum, & plurimi alii, sacro veritatis & antiquitatis doctrinæ zelo ducti, et si nihil contineretur in eis a catholicum, aut probis moribus dilouum, quia tamen res essent, non publicæ traditionis, sed usurpationis privatae, opus hoc detestandum, dirisque devovendum declararent; strenuamque navarent operam, ad h[oc] ut fictitia exsufflenda? Ergo à fortiori severius agendum cum libris illis, in quibus leguntur aniles fabule, deliramenta, doctrinæque novæ, aut ex obscurorum, ut plurimum, Theologorum opinionibus excerptæ; aut ex auctoribus, plus aequo credulis, & in rebus examinandis parum diligentibus; sive ex doctrinis jam penitus antiquatis, atque a scholis Theologorum exulantibus, & vanissimis solum conjecturis excogitata; que omnia, non ut ab ipsis excogitata, sed vere à Deo revelata tradantur, tanto magis, quanto testimonium Dei fallibili hominis præstat testimonio. Non est ergo quod pro focis quasi & aris certemus, ad vindicandas revelationes has privatas, & maxime mulierum, ex quo nihil in eis impossibile, nihil adversum Fidei, & bonis moribus: sed standum Decreto summi Pontificis *Urbani VIII.*, qui prudentissime examen librorum, secundum communis Ecclesiae sensus normam, dirigi jussit, ut sic novis doctrinis precluderetur aditus.

40. Sed hic opponit nobis priclarus iste Magister frequentes revelationes Sanctæ Brigittæ, que approbatæ sunt ab Ecclesia, ut constat ex Bulla Canonizationis hujus Servæ Dei, que plura referrunt, absque ullo Scripture SS. Patrum & Ecclesiastice traditionis fundamento: Ergo & revelationes hujus Ven. Servæ Dei ut piæ credibiles proponi possunt; et si earum non sit apud SS. Patres vestigium, cum Ecclesia in alii Sanctis similes pie credendas permiserit.

41. En efficacissimum argumentum, unde totum suæ sententie presidium petit. At erit facilis, & in promptu responsio, si attentius tria considerentur: primo, quæ sint revelationes, que ibi approbatæ leguntur, & qualis fuerit earundem approbatio. Secundò, motivum maximè inducens ad laudatam approbationem; & tertio, tempus illud, in quo approbatæ ab Ecclesia fuerunt. Si oculos intendamus ad revelationes quas approbavit Ecclesia, non singulas, in suis singulis capitibus illibatas, & ab omni falsitate immunes dixit, & pronuntiavit *Bonifacius*, sed quas sequentibus verbis exponit: *Quibus quidem sancti, & absque intermissione continua- tivis operibus, h[oc] generosa Vida per gratiam Saeculi Spiritas promeruit multas eorum*

20 cogitationes, & affectiones intimas. & gesta secretissima propalare, & visiones, ac revelationes varias videre, & audire. A spiritu propheticus multa predicere, quorum nonnulla effecta completa fuere, prout hæc, & alia in ejus revelationum volumine plenissime describantur. Has ergo particulares revelationes, circa secreta cordium, facta occulta, futuros eventus, quas scimus Deum sibi communicare Sanctis suis sive pro animorum instructione, sive ad Sanctitatem declarandam, quæque in processu Canonizationis S. Brigittæ fuerunt haud dubie sufficienter probatae, approbavit summus Pontifex. Absit quod revelationibus istis factis tam Sanctæ Brigittæ, quam aliis venerabilibus feminis, quæ solum facta particularia narrant, ad aliquorum fidelium solatium, ac utilitatem, aut derogare, vel invidere prærogativam, ac eminentiam sive piaæ credibilitatis, aut approbationis, velimus. At loquendo de revelationibus, doctrinam novam, & peregrinam, & a communis sensu Ecclesie alienam continentibus, has utut legendas Ecclesia permiserit; non debent censeri propterea ab omni falsitate immunes, ut constar de doctrina quorumdam Philosophorum, quam Ecclesia doceri permittit, quin ex hoc firma-ta sit, velut ab omni errore immunis. Quare sub die prima Iulii 1642. declarata fuit apocrypha revelatio, quæ asseritur facta S. Brigittæ à Sancto Michaeli, & Sancta Elizabet, quæ incipit: *Sappiate diletti miei, che quando fui presa in questo mondo da Giudei bebbi 102. guanciate.*

42. Secundo etiam considerari debet, quod tempore illo, quo examinabantur revelationes illæ, jam S. Brigitta solemniter, & celebri veneratione colebatur in terris; ex quo minus suspectæ visæ sunt revelationes, ut testatur Eminentissimus Cardinalis *Turrecremata* cap. 5. in quo ponit quintum signum, & quintum argumentum discernendi revelationes, quæ sunt à Spiritu Dei, à revelationibus illutorum Spiritus Diabolici, quod tale est. *Demum inter alia signa, quibus discernuntur revelationes, quæ à Spiritu Dei procedunt à revelationibus, quæ ab illusione Diabolica procurantur, non parva virtutis esse videtur, quod persona cuius revelationes facile leguntur approbatæ Sanctitatis est in Ecclesia Dei, quæ in Canonizatione Sanctorum, sicut nec in doctrina fidei errare non potest. Beata autem Brigitta hujusmodi est. Est enim ita approbatæ Sanctitatis, ut Catalogo Sanctorum adscripta per summos Pontifices Universitati fidelium sit mandata colli, & venerari, sicut patet in duabus litteris Canonizationis ejusdem, quarum una est Papæ Bonifacii IX. in sua obedientia reputati, & nominati. En cur tantum revelationibus Sanctæ Brigittæ tribuendum voluit Card. Turrecremata.*

43. At cum modo juxta formam Decretorum hujus Sac. Congregationis Rituum examen librorum precedere debeat, examen Sanctitatis; licet Ven. Serva Dei sit multis virtutum, & miraculorum radiis coruscans, nondum in hisce controversiis tantæ auctoritatis est ejus testimonium, ut non ante ad examen doctrinæ & revelationum debeat descendere, an revelationes illius vanæ, inutiles, fallaces, & cum pernitosissimis erroribus commixte sint, necne? Ut sic non ex Spiritu fructus, sed ex fructibus spiritus cognoscatur, ut scripsit Joannes ad omnes, qui Ecclesia præfunt, & ad omnes credentes per Spiritum Sanctum: *charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt: ne ita faciles ad assensum, essent ut illico revelationes, ut pie credibiles absque omni examine proponerent fidelibus. Datur quippe magnum discrimen inter Prophetas receptos in Ecclesia, & non receptos; quod exponit Eminentissimus Cardinalis Cajetanus 22. q. 179. art. 6. Ad primum ergo in oppositum dicitur, quod prophetia datur ad utilitatem, juxta tamen conditionem Prophetæ. Nam Prophetia prophetarum receptorum ab Ecclesia datur ad utilitatem, ut quid necessario amplectendum: Prophetia vero prophetarum non receptorum ab Ecclesia datur ad utilitatem tamquam aliquid prius probandum, & dissentendum, antequam cum periculo aliquo amplectatur. Nec hoc est spernere Prophetias, sed eas probare: cum ex objectis speciem sumant: qui enim nescit objectum revelationis verum esse, & revelationem esse veram ignorat.*

44. Ex his omnibus descendit tertia discriminis ratio: quod temporibus illis, et si essent fideles multi, qui eximiis virtutibus ad sublimissimum heroicitatis statum ascenderent, revelationes non erant ita frequentes, sed potius insolite, ac proinde minus habebantur suspectæ. At cum temporibus nostris sint ita frequentes,

tes, & novis quotidie superaddantur & aliae, (O utinam omni dedecore purgatae, & Majestati Divinae dignae) maximè Ecclesiae interest, ut omnes majori rigore probandas curet: veras, ut recipiat; falsas, ut reprobet. Primo ne fideles circumferantur omni vento doctrinæ, & de eisdem mysteriis, & Sacramentis Christi Domini, & B. Virginis Mariae diversas habeant sententias; neve docti ab eis, qui res illas revelatas dicunt, ac defendunt, veluti cæci à cæcis circumducti, cadant in sublatentem ignorantiae foveam. Secundo ne detur locus inveniendi doctrinas novas, ac peregrinas; cum juxta Apostolum, non debeat fidelis plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, ne per rimulas curiositatis, & novitatis, sinistrum quid introducatur, quo doctrina Ecclesiae risui hereticorum, ut superius dixi, exponatur. Si ergo aliquando permisum est quid novum, & inauditum legi: nunc in Ecclesia, juxta decretum Urbani, mutatis quam maxime circumstantiis rigidius sunt nova examinanda: præsertim dum recentiores revelationes inveniuntur antiquis contraria; quo in casu notat Philemonius, veteres esse novis præferendas. Ex quo alia sequitur differentia inter revelationes S. Brigittæ, & hujus Ven. Servæ Dei, nimirum, quod hujus revelationes inveniantur vetustioribus contraria, non sic revelationes S. Brigittæ.

§. III:

Aliis quatuor propositionibus quibus innititur contraria resolutio occurritur.

45. **M**Entem suam quatuor aliis propositionibus aperit vindex revelationum, quæ si prima fronte videntur efficaces, nihil meo judicio, in gratiam responsionis evincunt. Opponit itaque loco primo, ut supra diximus, propositionem hanc: *Non omnia, que Christus gessit, aut passus est, retulerunt Sacri Evangelistæ: Ex qua infers; quod plurima revelari possunt, de quibus sit in Scripturis, & Patribus altum huc usque silentium. Sed huic obvia est responfio, aliud namque est, quod multa sint miraculorum millia, quæ omni spectante Populo coram Apostolis, & Discipulis operatus est Christus Dominus, quæ minimè scripta sunt: sicut & quod multa etiam sint, quæ passus est Christus Dominus, de quibus etiam altum est in scripturis, & SS. Patribus silentium: licet illustriora, & facta, & tormenta scripserint Evangelistæ, quæ sufficerent, & maximè possent legentes in fide Christi firmare: aliud vero, quod ea, quæ hic revelata traduntur, sint ex illis. Sicut ergo, quæ scripta sunt de miraculis, & tormentis passionis Christi Domini firma, & humili, summaque reverentia complectimur, & recipimus; ita quæ scripta non sunt adoramus, eorumque veritatem in Patria contemplandam speramus. Sed unde scit arguens, & quo argumento probare usquam poterit, ea quæ hic revelata dicuntur, esse ex illis, quæ omiserunt Evangelistæ? Argumentum est S. Augustini quo tract. 97. revincit hereticos, abutentes illo scripture oraculo, *Docebit vos omnem veritatem*, ut plurima non solum a se ipsis, verum & a vera religione aliena doceant: Sic Augustinus tract. 97. num. 3. dicens: *Omnes autem insipientissimi heretici, qui se Christianos vocari volunt, audacias figurorum suorum, quas maxime exborret sensus humanus, occasione Evangelice sententiae colorare conantur, ubi Dominus ait; adhuc multa babeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quasi haec ipsa sint, quæ tunc discipuli portare non poterant: & ea docuerit Spiritus Sanctus; quæ palam docere, atque prædicare, quantalibet feratur audacia Spiritus erubescit immundus.* Ergo & nos similiter tanto ardenter concupiscamus quæ scripta non sunt, in Patria videre, quanto honoratius occultantur in via; ne quis fabulosa, & falsa gariens, ad vanas Fabulas, promissione scientia, & non manifestatione veritatis nos deducat. Difficillimum quippe est explicare ea, quæ fecit, & passus est Christus, quin potius audeo dicere temerarium esse hoc velle præsumere, ac dicere: sicut, & temerarium dixit Augustinus: velle manifestare quænam sint illa multa,*

quæ

qua^e Jesus habebat dicenda Discipulis. Audiendus S. Doctor tract. 96. super I^oann. pag. 95. Nunc ergo, qua^e i^sla sunt, qua^e Apostoli tunc portare nos poterant, vultus forsitan seruit. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere jam capacem, qua^e illi capere non valebant? Ac per hoc, nec a me spectanda sunt, ut dicantur, qua^e fore non caperem, si mibi ab alio dicerentur, nec Vos ea portare possetis, etiam si ego tantus esset, ut a me ista, qua^e vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest, ut sint in vobis aliqui ad ea capienda jam idonei, qua^e alii capere nondum valent: et si non omnia de quibus Magister Deus ille dicebas, adhuc multa habebo vobis dicere, tamen corum fortasse nonnulla: sed quantum sunt ista, qua^e ipso non dixit, temerarium est velle presumere, ac dicere.

46. Addit vir eruditus secundo loco hanc sequentem propositionem, ex qua & eadem elicetur consequentia: Ea qua a SS. Evangelistis prætermissa sunt, potest Deus quando voluerit, & cui voluerit revelare. Nulli sane dubium esse potest, quod ea, qua^e a SS. Evangelistis prætermissa sunt, potest Deus quando voluerit, & quomodo voluerit revelare: injuriam quippe faceret Spiritui Sancto, qui legem illi nihil manifestandi prescriberet, quod primis Ecclesie temporibus non declamatum fuerit. Non Spiritus Sanctus Omnipotentiam suam amisit, aut varietati temporum subiecet; ut ei istis diebus agere non licet, quod in præcedentibus fecisse SS. Patribus nullus Fidelium dubitare potest. At hic procedimus secundum communem gubernationis cursum, quem Spiritus Sanctus induxit in Ecclesiam; non secundum viam extraordinariam, qua Deus pro nutu, & beneplacito sua voluntatis, & qua^e occulta sunt, & qua^e etiam sunt revelata, potest iterum revelare. Id ergo Deo, cui nihil est impossibile; quando voluerit, quibus voluerit, & quomodo voluerit, committimus. Non est nostrum nosse tempora & momenta, qua^e Pater posuit in sua potestate: At non licet singere apertum, quod Deus voluit manere occultum. Nec in contrarium obstant, qua^e ibidem leguntur, nempe Spiritum Prophetiae manere in Ecclesia; revelationes privatas ad Prophetiam pertinere; Iumentque propheticum, ipsis Divinum, omnibus temporis differentiis esse superius. Hæc non inficior; quis enim neget Spiritum Prophetiae manere in Ecclesia; ut constat ex illo Proverb. 29. cum Prophetia deficerit, dissipabitur populus, & docet D. Thomas 22. q. 171. art. 6. his verbis: & ideo quolibet tempore instructi sunt homines divinitas de agendis, secundum quod erat expeditum ad salutem electorum. Quis insuper insciabitur lumen propheticum dividi, in præteritum, præsens, & futurum? Prophetia erat de præterito, quando Moyses dixit, In principio eravit Deus Cœlum; & terram. Cum & Daniel cap. 2. enarravit Regi somnum, cuius oblitus erat; & cetera qua^e de Adamo & reliquis continentur in libro genesis. Prophetia de futuro, quando I^oannes cap. 7. dicebat, Ecce Virgo concipiet: quando Je^remias cap. 31. Femina circundabit virum. Quando Daniel prophetavit cap. 9. occidetur Christus, & alii similes. Prophetia est de præsenti quando dixit S. Joⁿannes Baptista: Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi: At non arguitur, ex quo lumen propheticum sit Ecclesie præsens omni tempore, quod Deus actu reuelat omnia qua^e revelari possunt; ac per consequens, quod revelata sunt omnia, qua^e Christus reslit, aut passus est, vel qua^e de aliis mysteriis revelari possunt, dummodo nihil desit eorum ad que revelatio ordinatur, ut firmat D. Thom^{as} 22. q. 171. art. 4: quin potius consequitur, quod cum omnia opera Dei sunt perfecta, nihil in rebus revelabilibus debet esse vitii. nihilque quod culpari possit, vel reprehendi: sed solum subiecti lumini revelationis, qua^e ordinantur ad finem proprie^ter quem dura est revelatio, nempe ad utilitatem Ecclesie. Reprehensibilis ergo est ista consequentia: plura sunt revelabilia: ergo actu sunt revelata: cum supponatur quod in dubium vertitur, quod eorum nempe verè facta sit revelatio. Nec minus reprehensibilis est ista: Non deest temporibus nostris Prophetia: ergo credendum est omni revelationi, qua^e ut talis dicitur: ac si temporibus nostris non possent esse falsi Prophetæ, etiamsi non deficiat Prophetia: quemadmodum Prophetarum tempore, etiam Pseudo-prophetæ erant. Et modo in Ecclesia dantur falsi Doctores, quin vera doctrina in Ecclesia deficiat. Illa ergo revelabit nobis Deus, quando, & quomodo voluerit. Non est curiosius scrutandum, quod nutu, & consilio Divino occultatum est nobis. Magis, vel potius, eligit sobrietas Ecclesia aliquid cum pietate nescire; quam aliquid frivolum, & apocryphum generere.

47. Nihilo plus movet, quod quinta propositio affirmat: *Potremis temporibus Deus multa revelat amicis, quæ prioribus seculis non revelavit; cui sub distinctione respondeo.* Si loquamur de Divinis, Sanctisque Sacramentis, & de rebus ad Fidem, vel doctrinam Fidei pertinentibus, falsum est, quod postremis temporibus multa Deus revelaverit amicis, quæ prioribus seculis non revelavit. Testis sit hujus veritatis Sanctus Irenæus pag. 44. num. 9. his verbis. *Potest enim quam surrexit Dominus noster à mortuis, & induit sunt supervenientis Spiritus Sancti virtutem ex alto, de omnibus adimpleri sunt, & habuerunt perfectam agnitionem; extierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis bona sunt Evangelizantes, & ecclesiam pacem hominibus annunciantes, qui quidem, & omnes pariter, & singuli eorum habentes Evangelium Dei &c.* & cap. 12. *Quoniam autem & Apostoli, & discentes ipsorum, sic docebant, quemadmodum Ecclesia prædicat, & sic docentes perfecti fuerunt, propter quod, & vocabuntur ad perfectum. Rursus dicto cap. 12. Non per alios dispositionem salutis nostræ cognoscimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad Nos, quod quidem tunc præconia verunt, postea vero per Dei voluntatem vobis in scripturis tradiderunt, fundatum, & columnam fidei nostra futurum. Nec enim fas est dicere, quoniam ante prædicaverint, quam perfectam haberent agnitionem sicut quidem audent dicere, gloriantes emendatores se esse Apostolorum. Et in alio loco: Perfectos semetipsos vocant, quasi nemo possit excequari, magnitudini agnitionis ipsorum, nec si Paulum, aut Petrum dicas, vel alterum quemdam Apostolum, sed plus omnibus se cognovisse, & magnitudinem agnitionis illius, quæ est inenarrabilis virtutis, solos ebibisse.*

48. Audiendus insuper Tertullianus de *Præscript.* cap. 22. hoc eleganter explicans: *Solent dicere, non omnia Apostolos scisse, eadem agitati dementia, qua rursus convertunt: Omnia quidem Apostolos scisse, non omnia tradidisse; in utroque Christum reprobensioni subjicientes, qui aut minus instrutos, aut parum simplices Apostolos misericordia. Quis igitur integra mentis credere potest aliquid eos ignorasse, quos Magistros Dominus dedit, individuos habens in comitatu, in discipulatu, in concieta: quibus confusa queque seorsim differebat, illi dicens datum esse cognoscere arcana, qua populo intelligere non licet? Latuit aliquid Petrum, edificanda Ecclesia Petram dicunt, claves Regni Celorum consequutum, & solvendi, & alligandi in calis, & in terris potestatem? latuit & Joannem aliquid, dilectissimum Domino, pectori ejus incubantem, cui soli Dominus Judam traditorem præmonstravit, quem loco suo Filium Maria demandavit? Quid eos ignorasse voluit, quibus etiam gloriam suam exhibuit, & Moy-sen, & Eliam, & insuper de calo Patris vocem? Non quasi ceteros reprobans, sed quoniam in tribus testibus stabit omne verbum. Ignoraverunt itaque & illi quibus post resurrectionem quoque in itinere omnes scripturas edifferere dignatus est. Dixerat plausus ai quando: *Multa babeo adhuc vobis loqui, sed non potestis modo ea suslinere.* Tamen adiiciens: *Cum venerit ille spiritus veritatis, ipse vos deducet in omnem veritatem:* Offendit illos nihil ignorasse, quos omnem veritatem consecuturos per spiritum veritatis reprobiserat. Et unice implevit reprobissimum, probantibus Attilis Apostolorum desensus Spiritus Sancti. *Quam Scripturam, qui non recipiunt, nec Spiritus Sancti esse possunt, qui neccum Spiritum possint cognoscere discentibus missum; sed nec Ecclesiam defendere qui quando, & quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent.**

49. En clarissima rerum omnium ad salutem spectantium Apostolis data cognitione. Quod si fatentur, nec semel, *Apostoli, Joannis cap. 1. v. 22. & cap. 12. v. 16.* minime se esse assescutos, quorundam oraculorum sensum, tempore quo implebantur horum tamen veritatem tunc habuerunt perspectam, cum post obitum, & Resurrectionem Domini mentem ad exacta retro tempora converterunt. Enim vero si Adamus accepit quandam supernaturalium rerum cognitionem sibi divinitus infusam, qua filios suos docere posset ac gubernare in ordine ad finem supernaturaliem ut docet D. Thomas p. p. q. 94. art. 3. de *supernaturalibus tantum cognitionem primus homo accepit, quanta erat necessaria ad gubernationem vite humana secundum statum illum.* Si interna inspiratio primis Patriarchis concessa fuit omnium creditum, ut per traditionem in filios, & iis mediantibus ad posteros credenda viva voce transmitterent, ut dicit Sanctus Cyprianus: *Justitia tempore fuit Abel, & H- noch, quibus non erat lex scripta, sed naturalis tantum intelligentia, & traditio per jac-*

²⁴ cesserent ex Patribus ad Filios. Si Moysæ etiam, teste Sancto Hilario super Psalm. 2, non legem solum divinitus accepit; sed & arcanam ipsius legis explicationem; certe, & Apostolis datum est scire omnia mysteria recondita, ut eis illa traducerent, quibus ipas Ecclesiæ committebant. Valde enim perfectos, & irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse, quos, & successores relinquebant, iuum ipsorum locum Magisterii tradentes, qui munere suo probe fungi non potuissent, nisi de credendis sufficienter fuissent instructi: de credendis, inquam, nedium tempore isto, sed futuris etiam temporibus, ad que eorum Discipuli erant per venturi.

50. Omnia ergo, que a Patre didicerat Dominus, circa humani generis redemtionem, nota fecit Discipulis ante passionem, licet non omnes omnium exce quendorum modos. Dixerat quidquid eos scire oportebat, quidquid cum fru-
ctu capere poterant, quidquid eorum saluti, ac muneri erat conveniens, ut tenent Thodoretus, Chrysostomus, Theophylactus, Eutimus, Maldonatus, Mochius, at plurima alia erant, que nondum erant affecti. Domini Resurrectio erat ex pectanda, qua Prophetarum sigillum auferret, atque magnum evolveret my-
sterium, quod Iudei numquam intelligere potuerant. Divinitatis, atque huma-
nitatis conjunctionem in Iesu Christi Persona; circa non temporale, sed aeterno-
rum Regnum illius, statum humilitatis, & gloriae; potestatis, atque infirmitatis,
victime pro peccatis hominum, & hominis sine peccato, Hæc, & omne il-
lud obscurum, quod in se precontinebant sermones, quos locutus erat eis, ut dicitur Joan. 16. v. 25. *Hæc in proverbiis locutus sum vobis;* Hæc post Resurrectio-
nem, & quidquid necessarium erat Ecclesiæ, sine involucre & circa ænigma
aperuit. Non jam usus est similitudinibus, aut parabolis. Dedit illis spiritum
intellectus Sacrarum Scripturarum, ut constat ex verbis Luce cap. 24. v. 45. *Tunc*
aperuit illis sensum, ut inteligerent scripturas. Misit ad eos Spiritum Sanctum, qui
omnem edocuit eos veritatem, ut dicitur Joan. cap. 14. v. 17. *Spiritus veritatis*
qui mandat non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum; *vix autem cognoscetis*
eum; *quia apud vos manebit & in vobis erit,* & cap. 15. v. 26. *Cum autem venerit Pa-*
raculus, *quem ego mittam vobis a Patre,* spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille
testimorium perhibebit de me & cap. 16. v. 13. *Cum autem venerit ille spiritus veritatis do-*
cabit vos omniem veritatem; *nec enim loquetur a semetipso,* sed *quicumque audierit loque-*
tur, *& quæ vestara sunt annuntiabit vobis illa quidem,* quæ ad profundiorem my-
steriorum explicationem, Ecclesiæ constitutionem, statum, ac regimen spe-
cient, quibus asequendis pares adhuc non eris, cum imbecilles, & imperfe-
cti modo sitis, necnon veritatem omnem docebit, ad bonum regimen Ecclesiæ,
ad perficiendum homines in fide, & bonis moribus necessariam. Hæc vos do-
cebit, donumque Prophetie infundet vobis, ut futura prænoscatis, quæ vos scire
ad apostolicam functionem, Ecclesiæque regimen utile fuerit: nec aliena prædi-
cabit, aut diversa ab iis quæ ego docui ex Patris voluntate, sed *quicumque audierit loque-*
tur quorum cognitionem a Patre, & a Me cum natura accepit. Unde de eis-
dem canit Ecclesia. *Discipulum, & sapientiam docuit eos Dominus,* firmavit in illis
gratiam Spiritus Sancti, & intellectu adimplavit corda eorum. Ex quibus sit evidens,
quod nihil circa Fidem, & Mysteriorum intelligentiam postremis temporibus re-
velaverit, quod prioribus laiculis non fuerit revelatum.

51. At si solum intendit solutionis auctor, Deum nostris temporibus, antiquæ suæ
miserationis prodigia instaurantem, mulieribus revelasse plura, que antea non
erant scripta, tam ad propriam, quam ad aliorum instructionem: & quod cognoverint
eventus futuros aliis enarrandos, & denuntiandos, non inferior id quidem,
juxta sensum dictum supra, dummodo tamen hæc vana non sint, sed utilia;
nam si quid inutile est, sequitur in Deo impossibilitas revelationis. Non ergo ni-
misi credulis auribus excipiamus mulierum revelationes, et si sunt Sanctorum Brigitta, Catharina Senensis, aut Bononiensis, Ildegaris, Angelæ Fulginatis, Gertrudis, &
aliarum sanctorum mulierum; sed juxta qualitatem rerum, quas sibi revelatas
proponunt. Quod si quid de novo eis legitur revelatum ad generalem Ecclesiam,
& ad certam dogmatum fidem pertinens, quod hucusque Ecclesiæ non sit revela-
tum, totum hoc momentis supra stabilitatis, Apocryphum existimo. Insuper gra-
tis

tis concedamus, quod aperte falsum est; dari mysteria de novo revelabili: antea Deus Ecclesie manifestaret illa mediante fallibili & suspecto semper malorum organo? Quid nobilis Dei Matre; quid splendidius illa quam splendor elegit? An non illa inter omnes mulieres unica, & prorsus singularis? Fuitne usquam mulier aut virgo magis grata, & accepta Christo Domino, & que perfectius purissimas, & crystallo clariores Dogmatum Sactorum aquas biberet de ipsis fontibus Deitatis? Et Deus tamen hoc Sacratissimo Matre oraculo Fideles voluit docere, que ad statum, & regimen Ecclesie pertinent: & quod tantum Ecclesie Magisterium, in ejus redundaret gloriam; ergo ut posteriora circula concordent prioribus, sicut Christus nec per Matrem Sanctissimam, ea voluit manifestare Ecclesie, credendum non est, cum temporibus nostris, organo mulierum, de his illuminare Ecclesiam velle.

52. At, inquit magister iste: *Ratio est voluntas Dei*. Ita sane. At voluntas Dei non dijudicanda est, secundum id quod Deus utens potentia sua absoluta facere potest; sed secundum cursum ordinarium, secundum quem Ecclesiam gubernare statuit, siunque in ea exercere magisterium, & dare mysteriorum intelligentiam; non per Mulieres, sed per Apostolos, per SS. Patres, & Concilia: non mediis revelationibus, in quibus legitur alia inter Theologos controversa, alia vana & inutilia, quorum nulla memoria occurrit in veteribus historie ecclesiastice monumentis, nulla in Patribus, nulla in Conciliis, uno verbo, nullum in omni retro antiquitate vestigium. Nullus sane sibi in animum inducet, Spiritum Sanctum tebus istis vanis, novis & inutilibus Mysteriorum intelligentiam voluisse miscere. Ergo ubi carismata Domini ad hotum intelligentiam posita sunt, nempe in Patribus, & Conciliis, ibi discere oportet veritatem: ibi Spiritus est lucis, perfectionis, & agnitionis omnium que accepit Ecclesia, & ad mysteriorum intelligentiam pertinent.

53. „ Non magis favent, que addocentur ibi ex D. Gregorio lib. 4. Morsl. cap. 41. & ex Vincenzo Lirinensi. Nam primum textum sibi objicit & solvit Gracius lib. 3. de nonnullis circumstantiis cap. 2. his verbis: „ qui cum eo seculo (quod ad interim Ecclesie statum referri potest) diceret Petrus, multas apparitiones factas, & super hoc instri optaret a Gregorio respondet his verbis: *Quoniam presentis seculum appropinquat ad finem, tantum futuram seculum ipsa jam appropinquatione tangitur, & signis manifestis aperitur. Quia enim in hac agitatione aspirat vicissim minimum videtur, in ille autem nostra in alterum corda conspicimus, quia hoc seculum, nisi noctem, & quid futurum se nesciem dixerim? Sed quoniam mundum cum nos fortior, & dies incipit oriri, ante solis ortum, simul aliquis modo securus cum luce commixta sunt, quae usque descendunt reliquia in luce diei subsequenti: perfecte resurserunt; ita huiusmodi sunt, jam cum futuri seculi exordio permiscetur, atque ipsa reliquiarum ejus tensio & quadam exortum spirituum permixtione transfluet, & quae illius mundi sunt, malta jam essent, sed mundum perfelli cognovimus: quia quae in quodam mentis crepusculo hoc velut ante futura videamus.*

54. „ Vides ergo propterea dictum esse a nobis, Regulariter inter tempus anteriorum, & revelatae gratiae, & hoc, & novissimum non accidere multitudinem istam visorum. Cum hoc tamen sit intra latiusimum istam hujus interim temporis, multiplicari posse, prout Deus, qui ab omni coarctatione alienus est, noverit expedire.

55. „ Adde quod Gregorius, ut supra annotatum est, putabat suum seculum in extremitatem vergere, & propterea consequenter dixit illud revelationibus abundare. Et tandem dici potest, nos posse loqui duplicitate de dictis revelationibus, uno modo quantum ad generalem instructionem, & directiorem; & hoc modo non sunt illae adeo frequentes in Ecclesia hoc intermedio nostro tempore: alto modo secundum privatas particulares necessitates, vel utilitates Personarum, & sic secundum Dei dispensationem, varietatem locorum, temporum &c. non inconveniens multiplicari secundum diversos status hujus intermedii temporis, dummodo concordent cum omnibus hucusque regulis, & documentis revelationum traditis, vide S. Thomam 2.2. q. 174. art. 5.

29. Fallacem . & vanam hanc corporis Christi descriptionem dixi ; cum S. Scriptura , Apotholi , & Ecclesie Patres priorum seculorum , qui propriores Christi viserunt nihil de corporis Christi forma reliquerint : quin potius Augustini lib. 8. de Trinitate cap. 4. & 5. hanc C. qui corporis formam incertam , ignotamque esse omnino affirmat . At ecce , inquit vides hujus revelationis . 1. " Quod ad Patrem attinet , non recusat enim (euras veritatis , eti non mentia , ne ne quidem alius infraferat , tamen laudanda sat) , vel sic aviam ad utrumque gloriam situr) nihil est de ipsis Christi , corporisque formis scriptum reliquiss . ut statim determinat . 2. Si hoc est , ut diximus , cum Evangeliste nihil de corporis Christi forma agerent & in presenti non agatur de interpretatione , aut explicacione eorum , que ab Evangelistis scripta sunt , sed de revelatione eorum , que ab illis scripta non habemus , sequitur quod has revelationes ad publicam Evangeliorum fidem coarctare , elet privatas revelationes ab Ecclesia omnino repellere : quo enim iure revelatum dicitur , quod publica Ecclesie fide creditur ?
30. Quantum ad primum miror sat , quod me de omnibus SS. Patribus id assertuisse affirmet , cum solum de SS. Patribus priorum seculorum id scripserim ; ex quibus , sicut ex sacris litteris , nec minimum potest circa formam Corporis Christi adduci documentum . Nihil ex sacris litteris ; cum enim Matthei cap. 17. & Marcii cap. 9. totam transfigurationis historiam describant , ut insolitum , fulgorem in vultu referunt : Resplendens facies erat sicut sol : nihil etiam legitur in PP. priorum seculorum , qui proximiores Christi fuerunt (quorum auctoritates in re illa magni debent esse momenti) quod sane concedere ipse tenetur , & satis aperte declarat , dum loquendo de ceteris SS. Patribus num. 22. ait : Patres , qui multa de externa Christi specie , evanescere magis . quam vera uoluta dicti , dixerunt ; si conjectura magis , quam vera notitia duxi locuti sunt Patres ergo nihil est ex Scripturis , Traditione ; & SS. Patribus priorum seculorum de hoc argumento traditum : illorum quippe testimonium induxit redderet de forma corporis Christi fidem .

31. Accedit , quod incertum adhuc fatis est , in quo sensu locuti sunt Patres ab ipso citati . Tertullianus , Clementi Alexandrinus , Athanasius , Cyrilus , Ambrosius , Hieronymus , Origenes , Chrysostomus , Augustinus , Theodoreus . & alii , an nempe de pulchritudine corporali , aut de pulchritudine quadam spirituali Iesu Christi , à Divinitate , & motu Sanctionia petita . Audiendus solum Clementi Alexandrinus

est super illa verba Isaiae: *Vidi uos tam; & nos erat aspectus; neque decor;* qui nihil in carne *Iesu Christi*, quod oculos caperet, spectandum fuisse affirmat *Pedag.* lib. 3. cap. 1. his verbis: *Quis autem Deum proflanxit?* Sed non curvit pulchritudinem, quae *uox* apprehenditur, sed *veram animam*, & corporis ostendit pulchritudinem; *animam* quidem *benignitatem*, *carnis mortalitatem*, de quo modo, sicut de ceteris SS. Patribus, redibit sermo.

32. Quantum ad id quod secundo loco reponitur; quod esset privatas revelationes ab Ecclesia omnino repellere, aut quod solum revelatum dicatur, quod publica Ecclesia sive creditur, absconca prout est illatio illa; non est hoc negare lumen deluper infusum, quo Deus privatis Personis abscondit, & incognita aperiat, cum eius, ut iuxta dixi, possit Deus revelare fortuitos quosdam effectus, e causis liberis, & in utramque partem dispositis, pendentes v. g. praenuntiare victorias, res gerendas, obitum alicuius personae, uno verbo, possunt futura predicere, præterita, & que longè a nobis sunt: nec non plura de mysteriis, & modo eorum, quae sive formaliter, sive virtualiter precontinentur in Sacris Litteris, privatis personis, potest Deus revelare. Ruris revelabilia agnoscimus ea, quae ab uno, vel pluribus ex Sanctis Patribus tradita legimus, & tunc revelatio ista non est coarctata ad id quod publica Ecclesia sive creditur: cum plurimum SS. Patrum, seu Ecclesie Doctorum auctoritas, ubi non asserunt aliquid implicite, sed loquuntur tantum opinative, ac ex propria sententia, immo etiam loquantur assertive, & aliquid, veluti fidei dogmata proponant, si tamen alii ex SS. Patribus dissentiant, quorum sententia ab Ecclesia non fuit reprobata, non omnino certum in Theologia subministrat argumentum. Non ergo innumerito, dum agitur de rebus tanti momenti, requiritur, quod revelationes iste privatae de mysteriis, & rebus *Christi* Domini, sint Sacra Scriptura, vel SS. Patrum auctoritate sufficiunt, ne scilicet humana ratio, sibi permida, in eis formandis revelationibus cecutias, halocinetur, & in absurdissimas vanitates impingat. Qui enim plus facit voluntate quam que ab eis scripta sunt audiant Clarithum B. Iust Episcopum Meldensem *Quod vero quispiam affectuerit*, Patres in eure non satit attendisse omnia, nisi aliquis edificie quaecumque, quam solitudo sua invenerint: ille plane co magni a deo invenit virorū absentia recensit credendus est, quo alio fatetur, ex, quo se hoc facere voluntatis studio, de suo intentio, illorum se laboribzat, & studio non debet. Hec clarissimus iste Praef.

33. Se hunc omnia in medio relicit, ad rem presentis revelationis nos conferamus. Non fuisse in *Christo* Domino formam corporis ignobilem, deformem, specie omni ac pulchritudine vacuam, sed potius fuisse bene constitutum corpore, vultu ad majestatem composito, colore, & aspectu modello, ut certum supponi debet, cum Iudei infensusimi hostes *Christi*, qui tot ad ejus ludibrium confinserunt, nulquam deformitatem vultus, & neclatam corporis habitudinem ei exprobatios: tum quia natura humana in *Christo* est nobilior, quam in aliis ratione unionis ad Verbum, ut docet *D. Thomas* 3. p. q. 2. art. 2. ad 1., & art. 3. ad 1. Tum quia id invictè probat principium ejus formationis, ut docet *D. Thomas* ibi q. 14. art. 4. dicens: *qua & caro ejus de spiritu sancto concepera est, qui est insuper sapientia, & virtus, et errare, et discere non potest, & ipse nihil invenit in regimine sua vicecentem.* Quod distinet explicat doctissimus *Cajetan* in *Differt. de forma corporis Christi*, his verbis: *Fabri fane erat ejus corporis harmonia, cum omnes absentem casse, sive dampnem facerent, sive dampnum lectionem venire, sive raudem cum vita spatiis conficeret, quae corporis elegancia, sive levitudo efficeret, sive indutio jam uocari, nihil enim ad fragrum, sive amorem ultro habendum sibi reliquias fecerat.* Prout etiam probijque *Parvianus* ratu est, nulis futura, sive portas invenienda Mater fecerat, rectam ejus plantam & habitudinem rebucerat sibi, quae utique carlo magno et al conuenit momenti. *Iesu Christi Mater* habuit *Urginea frigida*, eam modum, ut parva, cuius phantasma formam, nolla a peccato originali contulit nullus efficer posset. Matrem fane ad valitudinem, reliquias corporis confirmationem, fecit & ad pulchritudinem vocent, sive excessus lenitatem, sive mordi, sive sexus: alia, qua in hac vita corsa aduersa patimur, omnia aqua alterius a *Christo*, quare sibi fuit, quia esset numeris speciosissimus effix, nempe speciositate virili.

34. En perfecta Corporis Christi forma. At non sibi quis singat fuisse in illo tantam, tam praeclaram, egremam, & eximiam corporis formam, ut nulla species corporis possit excogitari quidem ornatior, non muliebrem venustatem, que carnibus oculis expenda, & mollioribus affectibus excitandis plurimum valeret; sed virilem dignitatem, talem nempe, que officio suo congruebat, ut docet D. Thomas Psal. 44 dicens: *Pulchritudinem Christi habuit Jeannus quod compatiscebat ad gloriam, & reverentiam sua conditissimam.* Non est ergo intelligentiam, quod Christus habuerit capillo flavos, sed fuerit rubens; quia hoc non decuerit eum. Hoc ab eo est indeclinatus ejus Discipulus RR. Magister Fr. Joannes Interlaconi de Ayala, mihi tot nominibus venerandus, in suo opere *Pille Christiani*, rem eleganter exponens lib. 3. cap. 1. *Mancus igitur alta uirata formam, atque repollitum Pictori, arque Sculpi Christi,* quoniam aduocandum, in hoc qualcumque opere suscipimus, *Christum Dominum,* quod ad uultum, aspectum, gloriam, designe ad tuas corporis decorem. & perfectionem uisines, liberali, bonisque forma fuisse. plausu pulchra & quamquam non ea pulchritudine, que imbecillitatem, laesuram, uadivit, inficiat facias, atque nequitum prefecis, seu quali fore fas plagiis ab elegantis Scripturæ fabris Theologis, sed virili plane, & arguissimis decoris pista. *Uta uero decora fuit, et quae pulchri Christus Dominus,* non effemina, ne muliebre quadam tessellate, sed ea, quam uocat Cicerus, dignitatem virilium. Si namque speciosus forma pte filii hominum dicatur, non hic sermo de dotibus pulchritudinis, & perfectionis muliebris rapientibus oculos, sed de dotibus spiritualibus, de pulchritudine virtutis, & totius iustitiae; de fulgore Divinitatis, que etiam in humana facie resuabat, quam Propheta Regius dilucide significat, dum post illa verba, *Speciosus forma pro filio hominum.* prosequitur dicens: *Diffusa est gratia in luce talis propterea benedixit te Deus in aeternum.* Quare in expolit. Psal. 44. v. 3. perdocte assertit D. Thomas. *Pulchritudo est in proportione membrorum, & colorum, & ideo alia est pulchritudinu[m] alias alterius, et si haec pulchritudinem Christi, Jeannum quod compatiscebat ad gloriam, & reverentiam sua conditissimam habuit.* Non est ergo intelligendum, quod Christus habuerit capillo flavos; sed fuerit rubens; quia hoc non decuerit eum, sed illam pulchritudinem corporalem suam habuit, que pertinet ad statum, & reverentiam, & gratiositatem in aspectu: ita quod quoddam Divinum resuabat in uultu ejus, quod omnes reverebantur, ut dicit Augustinus.

35. Hic est genuina, & verillima textus intelligentia, quam communiter, amplectuntur Patres. S. Cyrillos Alexandrinum in illud Psalmi: *Speciosus forma pro filio hominum.* Num potest debiri, quin pulchritudo intelligatur de ea, que est in gloriam, & natura Deitatis uiria separantis, quandoquidem carnis gloriationem nesciis afferat Christus, nec in gloriam ipsam evenerit. Apropos hoc, totum enim Meliorum Incarnationis suo est exinanitus, & humiliatus, sicut scriptum de eo Iohannes Propheta: *Ei uenit ipsum, & non habebat speciem, neque pulchritudinem.* Idem repetit in Iohannes 53. Contentiunt, & alii Patres Enfantes Cesarensis, Theodorentur in Psal. 44. S. Iustinus Basilius in Iohannes 5. Sanctus Ambrosius Ep. 1. Tertullianus in Marcionem lib. 2. cap 17. S. Isidorus Peloponeta lib. 3. Ep. 130. Talis erat in Christi facie resplendens mai stas, talis Divinitatis occulte magnus splendor, & gratia eximia, que omnium in se convertiebat aspectum, & excitabat affectum.

36. Hoc sine probant imbecillitatem revelationis hujus, cum ea solum mollior referantur venustas, quam que Iesum Christum decet. Ali ne Iesum Christi muneri, rebusque gerendis coueniens erat, pulcherrima vividi, & speciosissimi uultus elegans, nato guttulis crystallo similis, ex quo manum perfectio, & pulchritudo. Candor niveus in pedibus. Rubens ille genarum color, & quod essent capilli flavi, & crassi, qui prolixiores descendebant ad humeros, & tota illa corporalis pulchritudinis effigies, qua nulla excogitari potest ornatior! Si. atres non aliquam muliebris pulchritudinis formam in corpore Christi habant. sed, ut vidimus, venustatem dignitatis, aut pulchritudinem corporis speciem compositione memborum, que eximia dicitur. hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam ordine, & lepore consentantur. Quis ergo non miretur a Deo revelatam, hanc femininam potius, quam virilem corporis Christi descriptiōnem. Duxi nec illam uuln. Ecclesiz, aut Personæ cui facta

53

facta est revelatio, cogitare possumus. Quid namque prodest Ecclesia id quod per hanc revelationem manifestatur? Nec enim ibi occupatur fides nostra, immo nec humilis Christiana devotio; sed potius est vana curiositas in querendo a nostro Redemptore (uti quesivit V. Serva Dei) qua facie, quibus capillis, quibus manibus, quibus pedibus, quibus corporis lineamentis, quo vestitu induitus fuerit Christus, sed quod fuerit verus homo, natus ex Virgine, ab hominibus per contumeliam perductus ad mortem, & vere pro Nobis mortuus, hoc nobis utile est credere. Non prodest etiam nobis, aut Personae, cui fuit facta revelatio, immo potius nocere timendum est: quia cavendum maxime est, ne animus, revelationes istas legentis, singat sibi in corpore Christi aliquid, quod non est, & diligit quod falsum est, cum ut plurimum revelationibus istis diversa insinuetur corporis Christi descriptio. Quod si diversa pariter in scriptoribus Ecclesiastice Historiae, aut in SS. Patribus legitur, non nobis stupori, aut admirationi esse debet, cum solum per conjecturas, aut devotas contemplationes locuti sunt: at quod Spiritus Sanctus qui semper unam, & eandem veritatem loquitur, diversam Christi corporis formam exhibeat, hoc nos in admirationem magnam traducere merito debet.

37. *Silentio prætereo indumentum, quo indui voluisse Christum assertur.* Christum Dominum gestasse in hoc mundo indumentum corporis humile & honestum, non dubito. At me penitus fugit, quis fuerit verus ille habitus, quo Christus induitus se populis spectandum obtulit, & quo tunc temporis utebantur Iudei; an insuper fuerit cerulei coloris? Primum eruditi scient: secundum mihi in suspicionem aliqualiter venit, cum non concordet ei; quod circa colorem habitus revelatum fuit V. M. Sor de Agreda, & legitur p. 1. lib. 4. cap. 28. num. 686. Duo vero in ejus confectione prodigiæ effida sunt: primo quidem, quod undique plessa, equalis, & sine ruga, aut plica sic absoluta: denique quod petente divina textrico color lincei naturalis immutatus sit in eum, qui inter ferrugineum, & argenteum perfette mediat est, itaut qualis ex duobus his revera esset facile deci non potuerit, neque enim videbatur omnino ferrugineus, neque argenteus esse, neque etiam plaus fuscus, sed de omnibus his aliquaid referebat. Hic color indumenti dicitur mediusr inter ferrugineum, & argentum, & V. nostra assert ceruleum. Sed hoc omisso, quod magis scrupulum assert est illa curiosa inquisitio, ed allora gli disse: Signor mio, io ti prego, volermi dire, perchè nel santo tuo capo vi sia tanta differenza, essendo tutte in medesimi capelli? Mirispoce sua Divina Misericordia, quegli, che vedi di color d'oro me gli ha coloriti il Sole, perchè mai cuopri la mia testa, e l'aqua, e le nevi me la bagnavano. Quod Christus nullo unquam usus fuerit capitis tegumento, non invitus credo, cum familiare esset Hebreis; ut nudo capite incederent, sed an quiesco satisfaciat responsio alii videant, hoc unum scio, ut supra dixi, quod in his rebus perquisitendis, curiosi esse recte, & cautissime prohibemur.



§. IV.

An Christus toto vitæ suæ tempore discalceatus incesserit?

*Entonces me postrava á aquellos pies
druinos, no osando levantar mis ojos
á mirarlos; y decíame el Señor
Mira estos pies bien, que aunque
cansados que merecen estar en trono
de Magestad, digote, que desde que
pisaron la tierra anduve descalzo.*

Allora io mi prostravo, e non ardi-
vo d'alzare gli occhi per mirarlo,
ed il Signor mi diceva: guarda
bene questi piedi, quantunque tu
cosochi, che meritano stare in
trono di Maestà, io ti dico, che
dopo che calpestaron la terra an-
dai sempre scalzo.

38. **N**udipedem semper ambulasse Christum Dominum affirmat revelatio; cum tamen ad oppositum statuendum, satis superque nobis esse de-
beret id, quod verbi Dei Præcursor clarissime de Christo pronuntiat *Luce* 3. v. 16. *Veniet autem fortior me, cuius non sunt digni solvere corrigiam calcamentorum: quem* textum versans *Clementi Alexandrinae lib. 2. cap. 11.* ait: *teuxit, ac simplicis calca-
tura regis sufficit Joannes, qui decubat sc. non illi dignum solvere corrigiam calcamenta
Domini. Non enim curiosus, aut superfluo habebat calcros, qui vero Philosophi typam
afflendebat Hebreis. Quare Christus Dominus cum calcementis, iuxta consuetudinem illius regionis incedebat.* Nec Discipulos nudis pedibus misit ad predican-
dam: quod enim *Luce* cap. 22. legitur v. 33. quando misit vos sine calculo, & pera,
& calcamentis, numquid aliquid defuit vobis? non sic intelligendum, ut exponit do-
ctissimus Calmet ibi, quod illum sufficit Evangelium nostrum predictarum: sed quod
illius dominus sine coemata, sine vestimentis, & calcamentis duplicebus, quibus mortali posseant.
Fateor quod textus *Luce* proverbialiter intelligi potest, ut hic assertit vindes *terrena*
tutis, ut haec loquendi plurati innuncetur vilitas, aut inferioritas personæ, sicut si
mili loquendi forma *Ecclesiast. 46. v. 23.* legitur, *N. calcamentum quidam accipit, nec
nec minimum quidem, & Anno cap. 2. v. 6., super terram seculibus Israël, & super qua-
tor non certatos am: pro eo quod ueniderit pro argento iustitiam, & pauperem pro calcamen-
tis, quibus Israëlitæ exprobavit Prophetæ, quod justum, & pauperem pro nullo
vendiderint. Idemque repetit cap. 8. v. 6. dicens: *Ut possim ut in argente regnos, &
pauperes pro calcamentis, t. e. vilioti preio. At preferentia est S. Augustini litteralis
expositio dicentis scilicet 101. de verbis Evangeli *Luce* 10. n. 7. nam de his calcamentis, quib-
us calcari ambulamus confortatur me idem Dominus noster: Si enim ipse calcatur, non
erit, non de illo Joannes diceret, non sum dignus solvere corrigiam calcamentum ipsius.* De quo codem argumento videndi sunt *Dioscoridis Carthagenensis, Bonaventura,*
Ignatius, & alii doctissimi Theologi. Hincque orta est heresis Nudopedalium
de calcamentis non induendis, contendentium nudos pedibus omnes ambu-
lare debere, quia Christus excaleceatus ambulabat, nobis relinquens exemplum,
ut sequeretur vestigia eius. *Capit. Iesus facere, & dicere A. 5., ut notat S. Ag-
ustinus heresi 68. dicens: Intra ergo heresi est, quia non propriæ corporis afflictionem,
sic ambulant, sed quia testimonia dei non intelligunt.**

37. Verum quidem est quod non defunt. Auctores alii oppositum variis momentis
asserentes, sed ut prudenter dixit landinus supra *Majister bresianus de Ayala*, Vir
omni genere eruditioris preclarus lib. 3. cap. 9. num. 8. *Quæstio est, quam agita-
rum, modique agitant plerique magistri: fortasse communis, quam fructu: at si qualibet
etiam in scholasticis controversiis est parum fructuosa, non temere suspicari po-
test inutilis pereiens revelatio, cum Deus non sit parum fructuosa, aut inutilia
docens. Adde contradictionem revelationum. Hic assertur Christum Dominum
toto vita fuit tempore nudis pedibus incessuisse: cum tamen Venerabilis Mater*

59

Sor Maria de Azreda 2. p. lib. 4. cap. 28. n. 685. sibi fuisse tevelatum afferat, usum fuisse Christum Dominum calceis, usque ad tempus prædicationis. Ibi enim prælimam Matrem introducit rogantem filium, ut calceos admittat his verbis: *Ego & Domine mihi, ne velis, obsecro, tua sacra Missas in animam inducere, ut in tam templa utate, undos hanc pedes defigas.* Puer Jesus ad hoc respondent dixit: *Mater mea, regnandi pedibus vila quoddam calceamentum admitto, usque dum tempus prædicationis mea ultocerit, ex tunc enim discalceatus incedo: quo sane præcluditur distinctio illa a vindice revelationis allegata de calceamentis, ac sandaliis, quibus si Christus uetus est ante tempus prædicationis, minime tamen prædicationis tempore, ut sic verificaretur: ex tunc enim discalceatus incedo.* Ergo fallum est, quod afferit revelatio, quod toto vita sua tempore discalceatus incederit.

§. V.

Exponuntur quædam pia Apostolis à Christo Domino exhibita amoris officia.

*Digote mi Hija, que la caridad de mis Apóstoles era grande, y aunque querían ejecutarla con migo; yo no los deixava. Nunca consentí que me diesen algun regalo, o beneficio. Yo les acudí muchas veces á su necesidad: y estando dormidos me levantava, y con lagrimas en mis ojos de tien-
nissimo amor, y compassion por el cansancio que tenian, cogía con mis manos blandamente sus pies, y se los regalava, y sanava de todo el dano, que havian recorrido por los caminos. También se los cubría envolviéndolos en sus vestiduras, porque siempre estuviesen aplicados, y con bondad; también les componía sus brazos, cruzandolos, y la cabeza se la ponía bien, porque no estuviese torcida, y despues juntó á ellos hacia oración al Padre, los aumentase en nuevos bienes espirituales, y bendiciéndolos mi bendición los dejaba dormir el tiempo de la necesidad natural.*

*Rarsus ait eadem pag. 147. Ti dico Figlia mia che la carità de i miei Apóstoli era grande, è benche volevano usarla meco, io non la permettevo. Mai acconsentii, che mi facessero alcun regalo o beneficio. Io soccorri molti volte alla loro necessità, è mentre stava-
no dormendo, mi alzavo e con lagrime d' un tenerissimo amore per la loro fatica, e slanchezza prendevo leggiernente con le mie mani i loro piedi, e glieli curavo dal danno, che avevano soferto ne viaggi, glieli ricoprivo ancora, rivotolgendoli nelle loro vesti acciò stessero honestamente composti. Parimente gli accomoda-
vo le braccia mettendole in forma di croce, e gli aggiustavo bene la testa, acciò non la tenessero storti, e poi vicino á loro facevo orazione al Padre, acciò mag-
giormente li arricchisse di nuovi beni, e dando loro la mia bene-
dizione li lasciavo dormire, quanto il loro naturali bisogno richie-
deva.*

40. **F**allax profecto, nimisque suspecta via est revelatio ista. Anne re-
velatione opus est, ut sciamus ardenter SS. Apostolorum affectum versus
proximum. Tu dico Figlia mia, che la carità de i misi Apóstoli era grande: cu-
jus

ius tot certissima nobis exhibent sacre literae testimonia? An ut instruantur Fideles, *Christum* Dominum fuisse ab omni misericordia receptione, etiam ab Apostolis alienum? An si misericordia & misericors Dominus aliquid ab illis beneficium receperisset, timendum fuisset ne putaretur non gratuitè inseruisse omnibus; aut de turpi lucro suspectus esse potuisset? Apage commen-
tum, fere dicerem, anile, immo non tatis cum divinis litteris coherens, ut mox videbimus. *Christum* insuper introducit revelantem nobis, quod Apostolis inopia, & egestate laborantibus succurrerit ipse: *In facie scilicet multe vultus in terra recessit.* Quid hic excellens, & heroicum de *Christo* revelatur nobis, quod interit Ecclesia nova revelatione scire? Sciunt fideles quod pertransierit beneficiando. Non ignorauit, quod manus eius affidue occupatae erant circa varia, & omnigena opera misericordiae. Nunc enim suscitabant mortuos, nunc illuminabant cecos, nunc multiplicabant panes, nunc aquam mutabant in vinum, nunc Eucharistiam dabant: quomodo ergo continere se potuisset *Christus*, quin vita Apostolorum necessitate, eidem remedium afferret? Quid ergo in his occultum, quod revelatione nobis fieri debeat manifestum? At licet omnes iste sint veritates aperte, me quidam scrupulus stimulat, ac pungit, an sub illis falsi quid delitefaciat, nempe quod charitatis officia, quia maximus Apostolorum amor erga eum exercere desiderabat, detrectaverit, & beache tollero njarla mure, & non lo permetto. Hoc si non incredibile, inauditum videri debet. Quo in subsidium egestatis erogabant ei Fideles alii, accepisse *Christum* Domini passum legimus in facris literis, præcipue Matthæi 25. *Esurivi, & dedillexi vestimenta, & hunc, & dedillexi vestimenta, & hunc fui, & suscepisti me, & undas, & corporis mei.* Si ergo cum ea hec humanitatis aliorum officia suscepit *Christus* in se, cur abnueret illi, quod cibis, vestris eum, bonis operibus, ac misericordiæ atque, infilaret Apostolorum studiosa propensio, quasi *Christus* in Apostolorum, benevolentia & amoris, non delectaretur electu? Intenti etiam passum leguntur in facris literis Apostoli præstantes *Christo* alia eximia charitatis officia. Sui omnino oblii, & de eo tantum curam gerentes rogant Dominum Matth. 25. *Vidi uia, parentis tibi conaderem Pascha?* non, inquiunt, *nobis*, sed *Tibi*. Ubi maximè observandum, quid de Apostolis inquit *Christus* Hom. 8. *Dilex pater, nullum fuit domum, nullum fuit dormitorium fuisse, puto autem, nec discipuli eius, quia profectus Iesus ad sui discipulos rorculum, & quibus satis ostendit eos maxime inserviendi Christo accentos fuisse cupiditate: quam vero hoc non abnuerit Christus, docet nos Evangelium.* Apud Matthæum cap. 21. dicitur & addecurant Afram, & pallium, & impinguaverunt super eos vestimenta sua, & eum defuper fiducie fecerunt. Impinguaverunt vestimenta: *Gaudiam, & laetitiam incedentes. Hic rorculum, & tenuerunt vestimenta sua, ut Iesus nullum fudeat.* An non hec sunt charitatis officia, & quia minime recusavit *Christus*? ergo non immerito in suspicione vocari potest, quod *Christus*, quam vestrum eum charitatem exercere voluntati Apostoli, recusaverit. Pluta priuato, quod passum obvia sunt.

41. Dubius pariter sum de ceteris, que a Deo revelata sibi tradit V. nostra, quod nocte surgebat *Christus*, præ maximo illo erga Apostolos amore, ut lacrymis plenus, defatigatos labore Apostolorum pedes manus propriis sanaret, quod & eorum pedes propriis velibus operiebat, brachia in formam crucis componebat, nec non caput eis disponebat, ne, eis dormientibus, dislocatum remaneret, & sic essent in lecto ad honestatem compositi. Non est sane quod ad hanc ludicra, mulierum inflar, afficiamus. Sed demus paulisper, huc omnia *Christi* digna fuisse: tunc rogo an Apostolos ita articulo, & graviter tenet somnus, quod nullus id viderit, ut tam magnum charitatis, & humilitatis *Christi* officium ad futuram memoriam commendaret? Non id profecto vidit Petrus, cuius amor, & fides certassent cum humilitate *Christi*, ut omittaret tam eximum charitatis documentam, sicut in cenaculo, Dominica humilitatis altitudine exterritus, exclamavit, dicens: *Domine tu nihil habui pedes?* Non id viderunt, & ali Apostoli, qui minime tem hanc tacuerint. Que enim res unquam gloriolor, aut dignior ut hominum memoria sempiterna commendaretur? Ergo dum hoc silentio pretermiscent omnes, a *Christi* Domino minime factum, prudenter credi potest, cum nullum exter aliud in SS. Patribus documentum.

57

¶. Ut revelationem vindicet, ad possibiliterem, & honestatem facti recurrit,
sepe laudatus Magister, cum omnia praeferat christiane humilitatem, &
charitatis argumenta. „*Latio pedum discipulorum*, inquit ille, „*in Evangelio recu-*
„*lisset posset simili fidei veritate refelli? Et tamen vera fuit. Et posuit Dominus, quam-*
„*vis Evangelium tacuisse, illam privatim revelare. Quid ergo prohibet; qua-*
„*Ven. Mariana refert, etiam tacentibus Evangelistis, vera fuisse. At hec, pa-*
ce iplus dixerim, in antecellum preoccupata manent. Non hic agitur de rei pos-
sibilitate, quid poterit Deus facere, sed quid revera egerit Christus, cum reve-
latio connectatur cum objecto, prout in re est. Non possibilitas facti secundum se
in suspicione vocatur, sed an revera factum fuerit hoc charitatis officium, ut
refert revelatio. Lavit Christus Discipulorum suorum pedes, deditque nobis
praeclarissimum illud humilitatis exemplum, ut dicitur Joann. cap. 13. *exemplum*
enim dicitur nobis, ut quemadmodum Ego feci vobis, ita & vos faciatis. At qua maiestate
id fuerit factum describit Joannes cap. 13. *Ante diem Pascha, sciens Iesum, quia*
venit hora eius.... scilicet quis omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiit, &
*ad Deum redit: surgit a cena, & ponit vestimenta sua, & cum accipisset linteum pro-*teinxisse, deinde mittit aquam in pergam, & cepit locutus pedes Discipularum, & ex-*
tergere linteum, quo erat praetinctus. En qua maiestate speciem, & dignitatem facti
describit Evangelista. Non silenter, nescientibus, vel dormientibus Apostolis,
extra horam, sed Discipulis suis testibus tantum humilitatis, & charitatis exem-
plum nobis willmandum, & imitandum reliquit, ut clarissimo veritatis aeternae
testimonio testata, consignataque esset sita humilitas, quod Dei Filius, Dominus,
& Magister usque ad pedes Discipulorum se humiliaverit. Si ergo queretas cum
ilio, quid prohibet, qua Ven. Mariana refert, etiam tacentibus Apostolis vera
fuisse. Prohibet ipsum Evangelistarum, & Patrum silentium, qui, si vera &
utilia nobis silent leire, non hec nobis pretermittant. Prohibet, & ordo sapientie Dei, qui sicut palam locutus est id, quod ad nostram utilitatem, &
exemplum dirigere debet, fecisset utique, quod ab Apostolis, ad tam humiles
ministerium se dimisisse Christum, non taceretur, sed ita potius, ut ab eis utique
quaque predicaretur. Si ergo hec Apostolos silentio preterire Christum utique
volunt, veros nullum est ea nunquam contigisse.*

§ VI.

Circa primam Christo Domino inflictam alapam.

Decíjan el Señor: muchas causas tuve
para quearme en la primera bofe-
tada, y dos fueron las mas parti-
culares: la una la ingratitud, y la
otra el grande, y desmesurado atre-
vimiento de aquel que fue el prime-
ro que comenzó a desfigurar la ber-
mosura que Dios havia criado en
mi rostro. Este que me dio tan cru-
el bofetada, fue causa para quitar
la vergüenza a los demás que se atre-
vieron poniendo sus pulmas en mis
mejillas, y como ya desfigurado, no
respectaban la gravedad, y belleza
de mi faz; y así como en un Rincón

Narrat insuper ibi: Mi diceva il Si-
gnore; molti motivi ebbi per la-
mentarmi della prima guanciata,
e duo furono i particolari, l' uno,
l' ingratitudine, e l' altro, il gran-
de, e smisurato ardore di quello
che fu il primo, e cominciò a su-
gurare la bellezza, che Dio aveva
creata nel mio volto. Questo che
mi diede sì crudel guanciata fu
causa, che gli altri deposita ogni
vergogna s' ardirono di mettere le
loro mani sopra le mie guancie, e
senza rispettare, vedendomi già
sfigurato, la gravità; e la bellezza
del

de inmundicia escupian en él. Di-
gore que fue con tan grande fuerza,
y rabia el darme la primera boce-
tada, que se hinchó mucho todo el
lado hasta el ojo: banejó mi boca
en sangre, y en tanta cantidad, que
era vertida por el suelo, y pisada
de aquellos Ministros que me se-
guían. Quedaron en mi rostro los
cinco dedos sanguinarios con obscuras
cardenales que llegaban hasta la
sien.

del mio volto, sputavano in quel-
lo appunto come in un luogo d'im-
mundizie. Io ti dico, che la prima
guanciata mi fu data con si gran
forza, erabbia, che si gonfiò mol-
to tutta quella parte fino all' oc-
chio. Bagnossi la mia bocca di
sangue, e in tanta quantità che si
versava per terra, ed era calpesta-
to da i Ministri, che mi seguivano,
rimasero stampate nel mio volto
le cinque dita con nere lividure,
che arrivavano fino alle tempie.

43 **T**otum hoc animadversione dignam dixi, & iterum dico. Scimus in illo speciosissimo vultu Christi Domini, magnam gratiae coelestis elegantiam, magnumque Divinitatis splendorem refulsiisse, teste D. Hieronymo in Matth. cap. 9. dicente: *Cord fulgor pse. & Majestas Divinitatis resplita, que etiam in humana fidei reuelabat, ex prima ad si videntes trahere posset aspectu.* Probat, ait idem in Matth. 21. 12. 13. fulgor quidam Celestis, *Divina quadam in vultu Majestatis, que latenter Divinitatem pandebat.* Qui enim potuisse aliter inquit idem Epist. ad Principiam, Apóstolos ad sui sequelam allicere; qui pro-
ficeret solo aspectu milites in Horto Olivarum, si nihil supra hominem in ejus vultu speciatetur? Vix potuisse e templo ejicere mercatores, & negotia-
tores Iudei, nisi eos prius vultus Majestatis perculisset. Quoties voluerunt
Iudei ipsum predicanterem apprehendere: nemo tamen ausus est manum in illum
immittere. Sed non de fuligine illo Divinitatis in ejus visu resplidente, quo
revelationem excusare pertinendit vindex revelationis, procedit revelatio; sed
de illa venustate, & pulchritudine temporali vifis, quam supra nobis revela-
tam tradidit, & quam in sensu obvio, & naturali præferunt hec verba: *è l'al-
tro, il grande, e misurata ardore di quello, che sarà il primo, e convincerà a sfigurare la
bellezza, che Dio aveva creata nel mio volto;* Que sane pulchritudo naturalis est,
cum creatus minime posset dici fulgor Divinitatis resplendens.

44 Fretet quam quod hic falsum imponitur, quod tempore illo Passionis re-
fulserit splendor ille Divinitatis, quod aperte adveratur Sacra Scriptura, per-
petua traditioni Ecclesie, que docet Christi corpus caruisse usque ad resurre-
ctionem, dotibus corpori gloriose debitis, quo impleretur per Passionem.
Christi Mysterium redemptionis. Quod Isaiae cap. 51. v 14. legitur: *Sicut obstu-
puerant super te multi, sic inglorior erit inter omnes aspectus ejus, & forma ejus inter filios
homines,* & cap. 52. v. 2. *Non est species ei, neque decor, & validus cum, & non
erat asperitas, & desideratus essem.* Et v. 3. *Desiderium, & misericordia Virorum,
virum dolorum, & scientiam infirmitatis, & quae absconditum cultus ejus, & despe-
ditus, aude nec reputavimus eum.* Eni juxta Prophetam inglorius, absconditus, &
despectus vultus ejus, cui tempore illo passionis non erat species, neque dec-
or. Testis sit ejusdem veritatis *Anselm ad Philippi* nf 3.v.7. *Sicut ipso exi-
stebat, formam seruit accepit in similitudinem bestiarum fallax, & habitu intestus ut
bestia, quibus verbis omnem ab aspectu Christi gratiam allegat.* Talis erat in-
oculis infidelium, qui sub ipsa jam hora Passionis, cum infirma humanitatis pa-
toreretur, divinitatis potentiam exercere noluit. Ita ipsum firmant SS. Patres. S. Irenaei lib. 3. cap. 19. novæ editionis olim cap. 21. de Christo dicit. *Homo indecurus, & passibilis.* S. Ciriaco Alexandrinus, cuius haec sunt verba in illud Psal-
mi, speciosissima forma proœpiti hominem. Absit hoc: *returnum enim mysterium Incarnationis
ipsius, est etiam virilis, & honestatis, sicut scriptit de eo Isaiae Propheta: & cedent
ipsius, & non bubebas species, neque paleoetinduum.* Quinimmo aperte affir-
mant, quod si Judæi vidissent internam divinitatis pulchritudinem, nulquam

manus in illum intecissent, sic *Pertullianus* in lib. de *Idolatria*. *Ad aufer est ali-*
quae unguis summo perfringere corporis extrema, sputaminibus contaminare faciem non
mercedem? Concinuit S. Hieronimus in Matb. 21, assertens vilem adeo, & con-
temptibilem apparuisse Christum intuentum oculis, ut a supplicio crucis in illum
decernendo Iudei non abstuerent: Mibi inter omnia signa, quae fecit, hoc videtur
mirabilis, quod manus bona, & illo tempore contemptibiles, & in tantum villes, ut po-
ples crucifigerentur &c. Et tandem S. Augustinus in Psalmum 137. scripsit: nisi fadens
patuerent, non insidirent, non flagellis cederent; ergo falsum est, quod aletit res-
ponsio quod primus, qui aliquid dedit splendorem maiestatis suæ despiceret.
Loquitur ergo revelatio illa de externa vultus formositate: ex quo mihi in sus-
picionem venit, quod nempe acerbissimo dolore contritatus fuerit Christus Do-
minus ex inficta Alapa, quia ex illa externus vultus fulgor fuerit deformatus,
quod absurdum nimis, omniumque sapientium cachinnis excipi debere, dixi, ac
si tempore passionis hujus externe pulchritudinis, & venustatis curaret Christus.

45. Etiam contra reliqua, que referuntur revelatione ista, dixi, obstat Evangelium, & SS. Patrum silentium. Scimus ex sacris litteris, quod experientia in faciem ejus, quod genitum contumelie gravissimum signum erat summi contem-
 ptus, & abominationis, ut constat ex illo *Nu. 12. v. 14.* Et *Deuter. 25. v. 9.* Quod Colaphis cum ceciderunt, alii contrafacto pugno caput ejus, & tempora ferentes, alii alios illi impingentes plana palma, quod injuriarum est atrocus genus, cum facies in homine sit præcipua hominis pars, sedes honoris, & pudoris, totusque homo in vultu sit. Scimus insuper, quod totum Christi caput, tunc, tota facies fuerit livida, & quod velatis oculis ne percutientes videret, illi insultabant dicentes: *Prophetas nobis Christi, quis est, qui te percussit?* At nulla nec in Scripturis, nec in Patribus est mentio de eo, quod ille, qui primus colaphum impegit, fuerit causa quod alii tam insolens seclusi commiserint. Etiam in suspicionem reliqua veniunt. *Credo*, inquit D. Bernardus tract. de *Passione De-*
misi cap. 38., *non esse aliquos sanguinis effusores id peractum*, ut quod tali vi fuerit Alapa inficta, ut sanguinem ex ore tanta copia expresserit, ut nendum totum corpus fuerit sanguine cruentatum, sed quod in terram defluxerit, & conculca-
 tus fuerit a ministris: totum hoc absque ullo fundamento dictum, mihi visum
 fuit, vel eo solo nomine, quod tales, tamque graves circumstante non rese-
 rvantur ab Evangelistis, & SS. Patribus, parumque haec scribens videntur atten-
 disse ad Christi maiestatem, quasi parum indignitatis flagitosissime contumeret
 impensa a puro domine in vultum Dei alapa, de qua loquens S. Augustinus in
Ioa. tract. 113. num. 4. ait: *si coquemus quid acciperit alapa, nunc velim: eum,*
qui percussit, aut calice igne confundit, aut terra dolidente fuberit, aut terram De-
misis evanescat, aut aliquos horrofundi qualibet pena, vel etiam gravissime puniat? ut propter eos deberent addi reliqui effectus, qui nobis ipsam horrendam, & terri-
 biliorem reddant.

46. Verum illud adhuc suspicionem facit, quod digiti illius, qui primo formi-
 danda prorsus temeritate, portecta manu verendum, sacrariumque Dei homini-
 sis vultum incusso colapho temeravit, in vultu Christi remanserint imprestū, quod admiratione debet esse, cum Sudaria impressam Christi faciem repre-
 sentantia non digitos impressos designent. Errurus quod sanguis ille effusus in ter-
 ram conculcatus fuerit impiorum pedibus, cum V. Mater de *Arcad.*, ibi reve-
 latum fuisse dicat, 2. p. lib. 6. cap. 19. num. 1320. *Miriam* SS. iuhilie Angelos
 colligere Divinum sanguinem hinc inde effusum. Ergo, vel hoc falsum est, vel
 falsa est revelatio de qua in praesenti.

§. VII.

Circa visionem Pueri Jesu pulmenta parantis.

Entrando en Casa se fue drecba à verlo , y vio al nino Jesus con una ropita morada , y enfaldadicos los braños , con unes cabellos largos , y muy hermosos , y al Señor San Diego vestido como Fraile Iego de la maniera que andava en el mundo , y enfaldado el Habito , y debajo tenia su tunica interior . el qual tenia en la mano la escudilla con que estava cubierto el puebbero . y el Nino estaba bajado soplandole el viento para que no se saliese , el rostro sonrojado del calor de los lumbres ; y con admirable gracia cogia los cabellos en las manos , y los llevava traz de la Oreja , come desembarazando se para mejor acudir à lo que estava haciendo .

Rarsus ait lib.1. cap.5. pag.21. Entrando in casa vidde il Bambino Gesù scalzo con abito pavonazzo con le braccia nude , con i capelli longhi , e molto belli , e con esso lui San Diego , in abito di Frate Converso , del modo col quale andava per il mondo , con l'abito alzato , e sotto di questo portava la tunica interiore , aveva nella sua mano la scudella con la quale stava coperto il pigrieto , e il Bambino stava calzato soffiando il bollore , acciò non uscisse fuori , con la faccia alquanto accesa dal fuoco , e con grazia ammirabile prendeva con la mano i capelli , e se li accomodava dietro l'orecchie quasi disimbrogliandosi per meglio attendere à quello che stava facendo :

47. **S**i fidelis Christi sponsa in hunc amandi venit affectum , ut caritatis jaculo transita dilecti corporalem presentiam meditetur : sive tandem in hoc desiderio elahorat , donec per amoris incendium ei copulata , ab ejus amplexbus divelli non valeat : ita & ipse Christus ad eam , tanquam ad proprium locum currere non defluit , ut testatur ipse Joan.14. v. 23. *r quis diligit me, servos meos servos meos erit,* & *Pater meus diligit eum, ... & mansio mea apud eum faciemus.* En quam libenter in eam animam venit , ubi diligi novit . Hinc aiebat sponsa Cant.5. v. 1. *Veniat dilectus mens in hortum suum , ut comedat fructum pomorum suorum : ubi Cornu illius a lapide : Per panem inquit , acce & virtutes quilibet carumque emociuationis , progressus , perficiuntur , quae comedit Christus , dum sis se poscit & sollicitus . Quod prius dixit D. Gratianus sequentibus verbis : in hortum dilectus venit : & fructum comedit , quasvis Christus menses cibat , & beatorum oporum dilectione se satiat In idem redit illud Cant.6. v. 1. *Dilectus mens descendit in hortum suum ad arvestam arenastam : quem textum versans Eminentiss. Cardinalis Hugo sic ait : id est , ad fidem animam , diversi speciebus aromaticis redolentem : ubi enim Christus inventus sponsam amore quidem fauicam , amandi avidam , & amati fitibundam in eam libentissime descendit , ut ejus odore virtutum oblectetur . Sic , ut utar exemplo . quod in medium adfert vindex revelationis ; Christus ad nostram S. Rosam Limensem ardentissima caritate ignitam descendebat fore quotidie , cum illa loquitur , discurrebat , ambulat , currit , ludit , eximit dilectionis protulit verba , eo dulciora , quo affectus Rose erat vehementior . Dum illa , etiam extra horam , fame , lassitudine , & doloribus cruciabatur fecit sponsus , ut ad ejusdem Rose instantiam Angelus ejus , potum ei , vulgo ciculata ministret , ne matris incommodum ferret : hoc materiali poculo , cor tam marris , quam**

quam Felix interiori exultatione implens ; ut agnoscerent quod anima , que diuinis intenta laudibus , similibus in terris roboratur , & reficitur almonis , eterno faginabitur convivio . Non ergo hic in anima iuersiōem venit , quod puer Iesu provocatus singultibus V. Servi Dei advenerit , quod ei se visendum placido ostenderet aspectu , quod in tali urgentia necessitatis casu , ne affligeretur ubi dilecta . illud exhibuerit dilectionis solatum . At quod ipse met Christus prandium apparaverit , decumbentique faginatum apposuerit cibum , comite D. Didaco , eo tempore modo , quo à Ven. nostra triuiusque id exequentis exprimitur effigie : hic factaece acepit & dubius habet : super quibus morari nolui ; quia satis erat , sicut & modo , ad confutationem retulisse illa .

§. VIII.

Circa Sacramentum Eucharistiae :

Haciéndome nuestro Señor grandes mercedes en la oración intelectual , legando los cinco sentidos del cuerpo , y avivando los del Alma , y clarificandolos de tal suerte , que particularmente quando recioja el Santissimo Sacramento , veia la figura de pan separada de su substancia por que Dios con su Omnipotencia la destruyó , poniendo en su lugar su cuerpo , y sangre . . . También otras veces se descubría a mí entendimiento la junta de aquel exterior de pan con la Magestad de Cristo , donde me admirava de ver juntos dos extremos tan distantes , uno tan pequeño , y otro como accidentes de pan , y vino , y otro tan grande , y alto como el hombre , y Dios , encubriendo la grandeza de su resplandor con el velo de tan vil Criatura .

Llib. 1. parte 2. pag. 715. sequentia refert : Facevami nostro Signore grandi favori nell' orazione intellettuale legando i cinque sentimenti del corpo , e ravvivando quelli dell' anima , e chiarificandoli di modo tale , che quando ricevevo il Sanctissimo Sagramento vedeva la figura del Pane separata dalla sua sostanza : perche Iddio con la sua Omnipotenza , la destruisse , portandovi in di lui luogo il suo corpo , e sangue . Epoco dopo alla pagina 716. Altre volte ancora si discopriva alla mia mente l'unione di quello esteriore di pane con la Maestà di Cristo , e in quanto mi maravigliavo di vedere uniti due estremi così distanti .

48. **S**uspicionem non levem assert visio ista . Afferit se vidisse accidentia panis separata ab ejus substantia : ex quo legitima consecratione arguitur , & vidisse V. Servam Dei substantiam panis ab accidentibus separatam , nec enim alter intellegi valet . Ceterum quippe omnibus debet esse , quod de facto definit panis transubstantiatione , & transitu in altam substantiam , que sublatis imperfectionibus , cum proprietate , simul , & cum eminentia prestat omne illud , quod faceret procedens substantia . si adesse . Insuper lumen naturale , nescum hominem . verum & Angelorum . & Demonum , sensu revelatione , & miraculo , judicaret ibi solum panem . & vinum adesse ; quia licet absentia sola , & pura , esset opus naturale , absentia tamen , cui succedit alia substantia , ejus vires cum tanta proprietate , & sine ulla imperfectione gerens , est mysterium supernaturale Fidei . Unde D. Thomas 1. p. q. 58. art. 5. docet , quod *Dæmons decipi possunt quantum ad ea , qua supernaturalia sunt ; sicut si considerans hominem mortuum , judicaret eum non esse resurrectum , & si videntem hominem Christianum judicaret non esse Deum , etiam*

etiam videns hostiam consecratam decipi potest judicans esse purum panem. Constat ergo, quod seculia revelatione, aut miraculo intellectus humanus, aut Angelicus, vīsū foliis accidentibus non possunt cognoscere absentiam panis, sed praeferi vīsū non procedit de cognitione absentie panis vīsū accidentibꝫ, quæ habita fuerit speciali revelatione, aut miraculo interveniente: ergo alius debet attingari modus, quo V. ita videndo figuram panis cognoverit non esse ibi substantialiam panis, & cum hoc non cognoverit etiam lumine Fidei, sicut omnes fideles id credunt, nec per hoc quod ejus intellectus vivacius confortatus, viderit substantialiam corporis Christi sub eisdem accidentibus, cujus præsentia substantialis in Sacramento, ita per se est incomposita cum præsentia panis, & vini, ut sit repugnaria etiam in ordine ad potentiam Dei abholitam. quod non excludatur ista ex vi præsentie corporis Christi, ut docet D. Thomas q. contra gentes cap. 63., & in q. SS. Dist. 11. q. 1. art. 1., sit consequens, quod sic viderit accidentia panis a substantialia ejus separata, ut non viderit substantialiam corporis Christi sub eisdem accidentibus, quam vidi se solum alia visione afferit V. Serva Dei. *Altere ualit. &c.* ergo solum verificari potest, quod viderit accidentia panis separata a substantialia, per hoc quod videndo accidentia panis separata, viderit etiam eandem substantialia a accidentibus separata, quod esse falsum dixi. Et si enim substantialia panis sine accidentibus, & secundum se visibilis sit ad intellectu, cujus objectum est quid sit, ut dicitur 3. de Anima tex. 26., & præterim ab intellectu, cuius, subtilato impedimento sensuum, cogitio est clara, ut evenit in casu nostro. Legamus & cinque scutum: *ari del corpo*, non tamen ubi de l'unitate du corps et du sang. cum non definat substantialia panis, & corpus Christi incipiat esse, alia, & alia actione, sed unica, & eadem, qua est transubstantiation, & sit in instanti, ut probat D. Thomas 3. p. q. 75. art. 7. ad 1. ubi rem hanc perdocte explicat. Agnoscentiam eis ergo unicum inflane, quod sit primum non esse panis, & primi unitate corporis Christi, in quo dum ille definit, illud incipit. Si ergo definit substantialia panis, & prius intelligitur deficitio panis, quantum ad suum esse substantialia, quam deficitio ejusdem panis, quantum ad unionem cum suis accidentibus, aut quantum ad existentiam sub illis, quia illa sunt posteriora, & acciduntia substantialia panis, non visionem terminare potuit substantialia ab accidentibus separata; quare non pro eodem accipitur videlicet figuram panis a substantialia separata, ac videlicet separata a figura substantialia. sed unum, ut consequens deductum ex alio. In quo forte in exemplati ex dicta scribentis, aliquis potuit esse defectus, omissione alicuius lineæ.

49. Credebat I. ejusdem visionis suspicio, ex eo quod dicitur Deum destruxisse substantialiam panis, & loco eius posuisse substantialiam corporis Christi, perbe *Iddio con la sua corpora a destrutto portando: in di lui Imago il suo corpo è sangue*. Anne exprefſus potuit manifestari annihilationis panis? Sic & non aliter auctores annihilationis propugnantes eam explicant. Quid namque aliud est annihilationis, inquit illi, quam deficitio in nihil. Destructio enim rei, vel sit per corruptionem, vel per annihilationem, sed panis non corruptitur, ut fateri debent omnes, Catholicos, ergo annihilatur. Ratius consecrationis definit panis totaliter, non solum quoad formam, sicut cum corruptitur, sed etiam quoad materiam: ergo nihil ilius manet. siquidem necesse est alterum contradictorium esse verum, sed haec est falsa, facta consecratione substantialia panis, vel vini est aliquid: ergo haec est vera substantialia panis, vel vini est nihil. Cum ergo annihilationis sit deficitio in nihil, deficitio panis est annihilationis. En argumentum Doctoris Sabellii in 4. Dist. 11. q. 4. §. ad questionem dico, nisi problematicè utramque partem sustinet: sed in hac magis inclinat Ver. Se posse ergo teneti, & quodlibet. 30. art. 1. In re idem docent Major ibi q. 1. §. Contradictio conclusionem. Gabriel in 4. Dist. 11. q. 1. art. 3. dub. 6. Sed in contra stat D. Thomas 3. p. q. 75. art. 2. dicens: quod concusso tollere p. sua annihilatione substantialia panis: & ibi ad 2. quod licet post consecrationem hoc sit falsa: substantialia panis est aliquid, id tamen in quod substantialia panis est conversa est aliquid. Et inde substantialia panis non est accessibile. Eiusdem labii est in 4. dist. 11. q. 1. art. 2. ad 3. quod quantum panis non sit aliquid, tamen id in quo conversus est panis est aliquid conversione factum: & id non sequitur quod panis sit annihilatus. Et ad 4. quod quantum non maneat panis, ne-

in alio, neque in se, manet tamen corpus Christi, in quo conversus est panis: & ideo non sequitur, quod sit annihilationis. Quod explicat Emin. Cajtanus art. 3. citato, & art. 4.; quia nempe annihilationis est desitio rei in nihilum, ita quod ex vi sue desitionis petat, nihil illius ullo modo remanere: alioquin non desineret in nihil omnino: panis autem, & vinum non desinunt in nihil, quia convertuntur in corpus Christi, in quo panis, & vinum manent, secundum rationem communem substantiae, non eadem numero. vel in specie, sed genere, ac proinde non omnino in nihil abeunt: quam explicationem dicit Granados tract. 3 disp. 8. n. 10. esse ad mentem D. Thomae, S. Bonaventure, Henrici, Richardi, & aliorum, & esse veram: quod & docent Nuno hic art. 3. S. Legitimus ergo, Serra §. ad hoc, & alii.

50. Hanc ergo annihilationem panis facta consecratione sibi fuisse revelatam tradit V. Serva Dei, quod aperte colligitur ex sequentibus verbis: *portando in di lei luogo il suo corpo, e sangue.* Est namque certum apud Doctorem Subtilem, & Auctores hanc opinionem propugnantes, per accidens esse ad rationem annihilationis, quod desitioni totius substantiae succedat alia substantia, quia illae desitationes essent ejusdem rationis: sicut corruptio forme, quando nulla alia succederet, est ejusdem rationis cum illa, quae est de facto, quando generatio unius est corruptio alterius, eo quod privationes sumunt speciem a formis, quibus privant: & in utroque eventu privationes forme essent ejusdem speciei: unde si corruptiones in utroque casu essent ejusdem rationis, ita & annihilationis: ex quo inferunt, quod sicut verum est, quod si desitioni panis non succederet corpus Christi, ut fatetur D. Thomas, esset annihilationis, haec eadem datur, destruendo totaliter pane, et si succedit, & loco illius ponatur substantia corporis Christi. Sed quid aliis egenius argumentis, ubi pro nobis stat invictum probationis genus, ipsa nempe confessio partis, seu libri Auctoris, qui sequentia ad marginem notavit: *Vide Suarez. tom. 3. disp. 50. Sec. 7 citantem Innocentium lib. 4. de Eucharistia, & plurimos pro annihilationis opiniones;* quem non citra necessitatem cautus citat, ut asserit vindicta revelationis, sed ut sic præcaveret, ne in criminationem veniret revelatio.

51. Videamus ergo quid asserit P. Suarez de opinione ista, quam minime ipse propugnat. Censet ille hanc opinionem non esse improbabilem, nec ulla censura dignam; judicatque esse questionem de modo loquendi: quod videtur sequi ex solutione; (seu doctrina supra allata). Cum enim nihil panis remaneat, quod succedat corpus Christi, in quo tendit illa desitio, non facit, quod illa intrinsecus non sit annihilationis. Per hoc enim solum verificatur, quod transubstantiatione adaequata sumpta non sit annihilationis, eo quod includit positionem Christi. Sed tamen de hac non loquitur, sed inadaequate, & partialiter est sermo de sola desitione panis. Ideoque nulla videtur ratio, cur sic inadaequata sumpta non sit, & dicatur annihilationis. Sed, bona via hujus Doctissimi viri, falsum est primo, quod quaestio ista sit quaestio solum de modo loquendi, sed de ipsa re, cum ponentes panis annihilationem, re ipsa non videntur salvare conversionem & transubstantiationem panis: ideoque, ut vidimus ex D. Thomas, ad hanc cum proprietate salvandam, oportet negare panem annihilarum, nec enim, annihilato pane, esset dari aliquis modus, quo corpus Christi verum esse incipiat realiter, & substantialiter sub Sacramento. Ex quo dixit D. Thomas citatus, quod *conversione tollitur pars a annihilatione substantiae panis.* Secundo quia adhuc inadaequata sumendo transubstantiationem falsum est, quod verificetur desitionem substantiae panis esse annihilationem, propter essentiali connexionem positionis corporis Christi; definit namque panis vi actionis conversivæ, qua ejus substantia transit in corpus Christi, quare ejus desitio non est annihilationis, sed transubstantiationis, cum judicium, & denominatio sumatur ex termino, ad quem, & non ex termino a quo.

52. Hoc ita certum hue usque visum est Theologis, quod loquendo de illa transubstantiatione inadaequata sumpta, seu desitione panis, hanc opinionem multi gravi censura inurunt. *Mag. Sententiarum Dist. 11. illam rejicit, cui subseribunt Alexander Alensis 4 p. q. 38. membro 1. S. Bonaventura Dist. 11. q. 1. Mag. Soto Dist. 9.*

q. 3. art. 4. §. Igitur *conversio* in fine ait: *Quare annihilationis opinio nescio quicquid extra errorum suorum possum.* Illusterrimus *Araujo* num. 22. hic dicit, perieslo-
fus. *Nam*, & *Carrizo* assertunt esse omnino improbatum. Pater *Vazquez*
diss. 183. cap. 1. cum. 7. dicit: *quod futurum de annihilatione Heretici nostri con-
puta libenter supponuntur.* Refertque *Petrus Martyrus*, contra *Gardinerum*
elocit. 14., & *Calderon* lib. 4. *Iustit.* cap. 17. §. 14. dicentem: *Catholici non posse
affidere veram conversionem*, *sed annihilationem panis*, *hoc ipso*, *quod affirant in-
fructum panis*, & *terram futuram se tetram depare esse.* Quocirca, inquit *P. Vazquez*,
prudentia opinio de annihilatione panis, & *visus*, *adversarii nostra Fidei favere videtur.*
Ego tamen ab his censuris absimile propter auctoritatem *P. Suarez* assertentis non
esse certam dignam: muneris tamen mei esse duxi, hoc ob oculos Sacre Congregationis ponere, ut solum Eminentissimi Patres videant, an haec doctrina
prudenter credi possit fuisse a Deo revelata?

55. Suspectam patiter dixi mihi esse visionem aliam, qua Ven. Serva Dei assertit,
vidisse oculo mentis, seu intellectu (de quo praeceps est fermō, & non de oculo
corporis, quod nusquam dixi) conjunctionem seu simul existentiam accidentium,
& corporis Christi, cum nec hic, nec in prima visione, vel minimum legatim
verbum, quo agnoscit potuit, prodigium hoc fuisse factum vero superna-
turali lumine participato elevante intellectum Serva Dei, ad videndum modum
supernaturalem, quo Christus existit in Sacramento. Quare visio illa debet in-
telligi consequenter ad primam, quod cum intellectuali fruobatur oratione, ligatis
quinque corporis fractibus, magisque ad tunc regim, & clarificatis oculis mentis, ha-
buit tunc modum perfectiorem intelligendi convenientem substantie separatae,
quod in hoc statu conjunctionis anime ad corpus, et profusum magnum privile-
gium. & inter privilegia ei concessa recenser potest, magna mihi confabat Do-
minus privilegia. En obvius, verus, & genuinus iensus visionis hujus. At ecce
pariter revelata nobis sententia Doctoris Subtilis Sciri, qui loquendo de intellectu
non alligato sensibus, in q. Dist. 10. q. 8 concl. 2. ait: *quod omnis intellectus*,
pro Angelis, *per summam separationem naturarum possit videre existentiam Christi in hoc*
Sacramento: cuius sententiani, necnon & eiusdem fundamenta refert *Emilius*,
Cijas p. q. 26. art. 7. Hoc, inquam, mihi in suspicionem venit, nun vi-
sio illa fuisse vere ex Deo, an spiritu humano inventa? Cum sit communis alio-
rum Theologorum sententia, Angelos, Beatos, animalia separata, seu in-
tellectum non alligatum sensibus, minime posse videre modum illum superna-
turalem essendi Christi in hoc Sacramento, qui solum videri potest ab intellectu
supernaturali, nempe Divino, vel ejus participatione, ut tenet *D. Thomas* loco
citato his verbis: *Corpus Christi facundam ratione essendi. quem habet in Sacramento*,
acque Christus, siveque imaginatio perceptibile est, sed solo intellectus, qui dicitur senis
spiritualis. Percepitur autem decessus a diversitate intellectus. Quia enim anima es-
senti, quod Christus est in hoc Sacramento, est possum supernaturalis, a Supernaturali
intellectu, scilicet diviso, secundum se essendi est, & per consequens ab intellectu Beato-
rum, vel Angelorum, vel hominum, qui secundum participatam claritatem divini intellectus,
videtur, quod supernaturalia sunt essendi essentie: ab intellectu autem animali materiali,
non potest concepi nisi per Eudem, sciat, ut extra supernaturale: Hec *D. Thomas*.
Eiusdem sententie sunt *S. Bonaventura*, *Richardus*, *Dominus*, & lete omnes
Theologi, quos refert, & sequitur *P. Suarez* Disp. 53. Sec. 1. Si ergo testis
D. Thomas videre modum illum supernaturalem, quo Christus existit in Sacra-
mento, non potest intellectus hominis viatoris nisi per Eudem: si justa eundem
S. Doctorem intellectus Angelorum, sive Beatorum modum hunc essendi videt secundum
participatam claritatem intellectus Divini, sive esse essentie, ubi in Ven.
iis Serva Dei participata illa claritas intellectus Divini, quia essentie essentie, videt
modum hunc essendi supernaturalem? Nunquid credendum erit Servam Dei
statum viatoris reliquie, & in via claram usque ad visionem divinæ essentie per-
venire? Ergo claritas illa, qua Ven. Serva Dei videt modum illum essendi,
non fuit claritas ordinis divini, seu luminis gloriae, sed claritas inferioris ordi-
nis, seu naturalis, orta nempe, ex eo quod libera fuit ab impedimentoo sentium
habueritque perfectiorem modum intelligenti convenientem anime separatae,

- qui est ejusdem naturalis ordinis : quae est ipsamet Doctoris subtilis opinio.
54. Sed gratis demus id ipsum quod impossibile docuit D. Thomas , intellectum viatoris aliter , quam per fidem , posse videre talem modum supernaturalem essendi : an ex hoc recta consecutione deduci potest , quod de facto eam viderit miraculose Deo sic operante ? rem explico in oculo corporeo Christi , & Beatorum . Afferunt communiter Theologi oculum gloriosum supernaturali lumine adjuatum , sicut & Christum Dominum , posse videre se ipsum in Sacramento existentem , quod tamen miraculose accidere posse docet D. Thomas in 4. Dist. 10. q. 1. art. 4. questione 1. ad 1. his verbis . Ad primum ergo dicendum , quod si oculus Christi esset extra species Sacramenti , non vidaret substantiam suam infra species contentam ex natura gloria nisi miraculose , & ideo non eportet , quod oculus glorificatus videat nisi per miraculum . Constat ergo , quod oculus Christi extra species Sacramentales existens , non videt se ipsum intra species Sacramentales existentem , nisi miraculose , & similiter alii oculi gloriosi non vident ipsum hic , nisi forte per miraculum . Rogo modo . Si accederet alia Venerabilis Serva Dei , & nobis diceret fuisse ei revelatum , oculum gloriosum , sive Beatorum , sive Christi Domini acti videre extra Sacramentum Christum Dominum intra Sacramentum ; quis adeo desipiens , ut ei etiam pie crederet ? Et tamen hoc fieri cum miraculo possibile est , ut dixit D. Thomas : ergo licet intellectus viatoris Deo miraculose operante , possit videre modum supernaturalem essendi Christi in Sacramento , non ex hoc pie credendum revelationi afferenti , sic de facto accidisse . Primo , quia reprehensibilis est modus ille arguendi a potentia ad actum . Et 2. Ad quid miraculum hoc ? Ac si non sufficeret Serva Dei Fides ad infallibilem hujus veritatis certitudinem . Sed de his fatis , sufficiat reflexisse , nullum aptius medium ex cogitari posse ad canonizandam Doctrinam Subtilis Scoti , quam si principia illius doctrinae capita dicantur , & credantur alicui Ven. Serva Dei revelata .
55. Suspicionem etiam non minimam habet , quod adducitur pag. 715. vidisse Servam Dei unionem exteriorum accidentium panis cum maiestate Christi , quam cum aspiceret , mirabatur maxime videre unita duo extrema ita distantia . Quenam , rogo , erat illa mirabilis , & admiranda unio , quam illa vidit ? Anne vidit hypostaticam unionem inter species , & Christi corpus & sanguinem , vi cuius utrumque extremum esset physicè unitum cum altero ut quod ? At quis Catholicorum credit , aut credere potest , salva Fide , corpus Christi esse unum extremum hypostaticè unitum speciebus panis , ut altero extreto ? Anne unio illa , quam stupens aspexit . est unio illa , que a Theologis Sacramentalis dicitur , quia videlicet , realiter continetur corpus , & sanguis Christi sub speciebus panis , & vini ? Sed quis libi in animum inducere poterit , vidisse Servam Dei modum illum ineffabilem , quo corpus Christi unitur speciebus ? In quo exponendo vehementer laborant Theologi , quin aliquid certum aut ratum de ejus essentia habeatur apud eos , cum potius tot sint sententiae , quot capita . Modum hunc ineffabilem dicit D. Thomas 3. p. q. 75. art. 1. esse proprium Sacramenti : quem textum versans Emir Cajetani in fine Commentarii addit : Merito denum modus iste proprius dicitur huic Sacramento , non solum propter differentiam a reliquis Sacramentis : sed etiam quia in toto universo non apparet unus aliquis modus huic similit . Propter quod cum admiratione , & venerazione faciemus defutatum cognitionis nostræ circa hoc . Si ergo estita incibilis unio ista , & est dissimilis omni unioni naturali : si hanc unionem cogitatio solum Fide divina illustrata assequi potest , ut definit Tridentinum . Sess. 13. cap. 1. his verbis : Christum esse in hoc Sacramento ea existendi ratione , quam ei verbis exprimere vix possumus , possumus tamen esse Deo , cogitatione per Fidem illustrata aff. qui possumus , & constantissimè credere debemus : Quis ita bonus erit , ut credat Ven. istam toties fuisse extra statum viagricis positam , ut videret unionem hanc mirabilem , & ineffabilem : quam , ut dixit Innocentius 3. lib. 4. cap. 9. credere juberemus , discutere prohibemus . Res tanti momenti , visio ita mirabilis , & omnino inaudita haecenus , non est facile admittenda .

§. IX.

Circa notitiam Mysteriorum Passionis Christi.

56. **U**T explicet atrocissima Christo inflicta vulnera, multa confusa video, & proprio arbitrio a pia contemplatrice ex proprio cerebro adjecta: incerta, dubia, ac etiam magna ex parte falsa. Afferit illa p. 1. lib. 2. cap. 8. pag. 162.

Tres bollos a preguntar: A quien buscols i y conque ellos respondieren que á Jesus, y el Señor dixo: Yo soy, no tornaron a caer. Ante el Señor se puso en sus manos, pidiéndoles desafien á sus discípulos: y mirandole el Señor me dixo: Hago esto por que se cumpla mi patria, y encendi, que ella palabrazas, quando Nuestro Señor dixo: No perdi alguno de los que me díste, y dixo al Sacerdoti, que io havia de ir con su Magestad, y entonces agarraron de aquella ropa, y de todo aquel cuerpo sagrado, unos de brazos, y otros de los cuellos, y otros trataban fogue parala garganta, y zordiles fuerces paralas manos. Ataronle fuertemente, y tanto, que entre dos le apretaron los Cordellos a los Munecos, con tal rabia que al rebentar sangre en cantidad por ellaz, y como yo iba con Su Magestad y era su voluntad que padeciesse, sentii unos dolores tan grandes que por los nervios de los brazos resultaban a todo el cuerpo, adormecianse las manos, que si me las cortaran lo sacaria por allvio.

Tornò il Signore di nuovo a dimandargli, chi cercate? e quantunque rispondessero, che cercavano Gesù, e il Signore soggiungesse: Son io, non cadero di nuovo, anzi il Signore si diede nelle loro mani, pregandoli che lasciassero i discepoli; e guardindomi il Signore mì disse: faccio questo, acciò si adempisca la mia parola, ed io intesi, che questa era la parola di Cristo quando disse al Padre non perdesi alcuno di quelli, che tu mi desti, e disse ai manigoldi, che io dovevo andare con sua Divina Maestà; e allora alle di lui vesti si afferravano, e a tutto il suo sacro Corpo, altri prendendolo per le mani, ed altri per i capelli, altri portavano la fune per il collo, ed altri corde per le mani, leggronlo si fortemente, che in due gli strinsero le corde ai polsi delle mani con tal rabbia, che viddi escirne gran copia di sangue, e come che io andavo con sua Maestà, ed era sua volontà, che patissi, sentii dolores acerbo, che da nervi delle braccia si difondeva per tutto il corpo, e tale era il tormento delle mani, che se me l'avessero tagliate, mi avrebbero alleggerita la pena.

57. **D**ixi animadversione dignum quod praesens assertio revelatio, orasse Christum milites, ut discipulos sinerent liberos, & illatos abire: idem namque ex parte rei significat verbum illud petiit, quo nuntiat revelatio, ac rogavit, quo facta est Italica versio. Quid enim apud omnes significat peto, nisi posco, postulo, queso, exposco, imploro? Quid verbum Rego nisi praece, queso, deprecor, obsecro, obtestor, ut nos Grammatici docent? ergo idem cu dixisse V. illam, sibi

ibi fuisse revelatum; quod petierit, ac quod rogaverit milites, ut sinearent abire Discipulos: quod aperte adverterat vere faci textus intelligentia, iuxta communem SS. Patrum intelligentiam, qui in hoc verbo *units* potentiam in iustione dimittendi Discipulos observant. Hoc quasi jure suo imperans, & jubendo protulit Christus, nec enim aliter Sanctus Petrus, post absconditam servi Pontificis auriculam illitus dimissus fuit. Audiendus Christofamus Hamilius, in *Iacob.*, *Admirari quis posset cur non comprehenderint etiam eum Iesu, ut verbarent, discipulos, & Petrum maxime, qui eos servit aures abscondendo irritaret.* Quid ergo ei continuat? *Nemo aliud, quam quae est retrosum projectat potentia.* Quod Evangelista, non eorum mentis, sed supernae virtutis eis emercentis fuisse significat, inquit: ut sermo impieceretur quem dixit, non perdidit eis quemquam. Hec S. Christofamus. Non aliter Theophylactus textum exponit. Idem afferit D. Angelinus in *Yosannum Tract.* CXII. num.4. Si me, inquit, queritis, finite horum abire. Inimicos viderunt, & hoc faciunt, quod iubet: finite eis abire: quia non vult perire. Non, hoc audito verbo, milites comprehenderunt Discipulos, abiecti illi: quia hoc voluit, qui potuit quidquid voluit. Cui concinunt *Tilemantis* tom.1. de vita Christi art.13. *Calmet super Iesu. cap.18. v.8.* finite eis abire. *Sua erat autoritate, atque ipsi imperat inimici: nec non, & alii.* Solum ergo ut dixit D. Christofamus, imperium Christi continuat, ne milites Apostolorum, homines imbellies ac infirmos comprehendenterent. Hinc cum fugient omnes, ut confitit ex illo *Matthei* cap.26. v.56. *Discipuli omnes, ex relictio fugerunt: & ex S. Marco Cap.14. Tunc Discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt;* addit hic Evangelista v.51. Adolescentes autem quidam sequebatur eum, amicti sindone super nudo, & tenebabant eum. Et quisquis ille fuerit, sive S. Joannes, ut auctorit S. Ambrosius in *Psal.16. D. Gregorius lib.14. Moralem cap.24. Ven. Beda hic, & Baronius 14. §.68 Sive S. Jacobi Domini Frater, ut fonsunt Hieronymus in *Psal.37. Epiphanius Hatesi 78. Nazianzenus contra Arianos;* vel aliquis ex domo illa ubi Christus conaverat, ut volunt alii, hoc cecissimum est, quod milites tenuerunt eum, Discipulum esse Iesu suspiciati.*

58. Totum hoc sibi fuisse revelatum tradit, Mater *Sor Maria de Agreda* 2. p. lib.6. cap.14. n.1240. his verbis *Cavez eum multo militum phalanx in comprehendendo, ac ligandi manusissimo Agno, amabilissima Iesu ueste occupata, omnius furore in unum consiprato, Apostoli intercessi fuga occasum natu sunt, adeoque etiam fugerunt, quia à Iudeis eorum habueretur ratio: licet utique (nisi vita antea prohibueret) multitudinem Apostolorum Collegium simul comprehendebant, prafutrum si trepidantes fuga libe rassulere velle tanquam facinoribus vidissent.* Verum Apostoli ea tempore gloriae captivitati, ac martyris nondum erant mortari. Ita autem Dominus velle se manifeste edidit, quando ad milites inquebat, si se quererent, illis sinearent abire: & se plane divina providentia sua potestia rem disponuit. Interim tamen Pontificem, ac Plurimum omnium absque dubio eum Apostolos infestabat, ut, si licet, omnes uno tollerent: atque ea ipso de causa Pontifex Annae Del Filum etiam de Discipulis fecit, ac doctrinam interrogavit. Quare assentit minimus possumus hie, que afferit responso, expoenens textum hunc: *Respondit Iesu: dixi vobis, quia Ego sum: Si ergo me queritis, finite horum abire: Quia non videat, verba bac ut sonant, non imperantur, sed suadent esse?* Nempe tali uerbi est Dominus ratiocinio: *Si me, nec alium queritis, nihil ad propositum uestrum facit, Ihesus, qui mecum sum, sum mecum capere: cum ergo vestra non interjet, comprehendere illor, sed me: Ecce me vobis trado, illas autem abire permittite.* Hoc quippe falsum, cum profundius, expressius explicaverit sua celsitudinem maiestatis, suaque divinitatis potentiam, simpliciter inquietus, finite eis abire, sicut eum dixit: *Ego sum, quo verbo manum illam ex ferociissimis congregatam, quasi quedam fulmineo ictu, sine telo ullo percussit, repulit, prorsus.*

§ X.

*An armata fucrit manus ministri dantis
Alapam Jesu.*

Apenas hubo acabado la razon, quando vi levantar una mano con gran fuerza, y venganza, y dio una gran bofetada a mi buen Jesus, de tal maniera que le rebentó sangre por la boca, y nariz. Hincbojéle muchos aquella parte del rostro; per que la mano la tenía armada. Mas quedaron dentro de poco espacio con muchones igualandole el otro lado, empeñones, y perrazos; e correron tantos a escupirle, que no se puede decir el numero de los fulgurados.

Pergit illa pag. 163. Appena ebbe finito di parlare, quando veddi alzarsi una mano con gran forza, e diede una guanciata al mio Gesù di tal maniera, che li usci sangue dalla bocca, e dal naso; gonfiossi molto quella parte della faccia, perche la mano era armada, e dentro breve spazio di tempo accorsero altri a gemitargli con schiaffi, urti, e pugni l'altra parte del volto, e furono tanti, che non può redirese il numero.

59. **M**inime credendum dixi, quod manus illa fuerit armata, cum constet ex Evangelio, quod impactor alapæ non fuit aliquis ex militibus Romanae cohortis, sed ejusdem Pontificis minister, aut famulus, dicente Iouane cap. 18. vers. 22. *Hec autem cum dixisset, uox afflita et tremens dedit Aliquam Iesu dicens: si respondet Pontifici?* In quo ego fecutus sum sententiam sapientissimi Mag. Fr. Iuanis Interiani de Ayala, qui lib. 3. cap. 14. num. 7. sequentia scripsit, prudenter ad monens, ne similibus fidelis, & commentarius fabulis, aut revelationibus, in quibus nec vera, nec verisimiles res continentur, et si sunt alias possibiles, nobis illudi pariamur, *R spoudenti Christu Domino ad inservientem Pontificem, ut res Evangelica Jeanus Imperium faciat illi a reverendo, insolentique Pontifici famulo, ut non obiret culaphante in facie venerandam: Hec autem, inquit, tuum dixisset, nonne afflitas ministrorum dedit? Aliquam Iesu dicens: si respondet Pontifici?* *Crescunt indigne- pueri facientes, ait novit, aut penicillo dipingendam multa decantur a pluribus, que non uoluunt probare dixerit, aut legerit, aut pideat.* Sicut enim, qui afferant, tam aforas fuisse culaphante, ut flammam Christi Dominum uera, qua ipsam decibat madidis, sole afflatis, in terramque deiecerit. Pium fortasse hoc; sed quid uox fortis opinio, penitus falsa. sed enim solum, quod iusta, tamque grande circumstantia non referatur ad Evangelium. Et certe, quia talia meditarentur, aut porcas effugienti in rebus tuis magis nuntiant, parva, ne uibi videtur, attendent ad ipsam Cörisi maiestatem; quasi vero patrum iudiciorum flagitiosissima contumex impensis ab impetu huius in unitam Dei alapæ, ut propere dicores addi, fuisse tam ingentem, ut *Dominum dicerit ad terram.* Quoniam hoc dispergendum non est, neque, iudicio nro, credendum quidem. Aut narratur, impactum fuisse alapam a ministro omniata morsu, obclausque fato, illa nuptie armaturae genitri, quod genitrix graviter armatur milites, quod non Cœlestis euangelii, ut pertinet illam, que maxime perarmari, dicitur Manuela. Pium etiam fortasse hoc, sed falsitatis, levitatisque cogitandi nuncit suspicere. Tam quia impactor alapa non dicitur fuisse aliquis ex militibus Romanae cohorti: sed ejusdem Pontificis ministru, aut famulus: cui erit, neque licet inter Romanos agenti tam graviter armari, neque etiam si maxime, vollet, permitteretur. Tam quia armorum illud genitri, quod, ut modo diximus, vocamus Garavat, & quo corpus totum, etiam mentem, & pedes ferro obarmantur, aut ego nimis fallor, aut neque existimat, neque cognitum erat apud Romanos milites. Tunc denique, quia imaginatio hac fallere infame sua edictum augit, Namque ferro illo

69

(ut ita discimus) chiroteca, ex parte interiori, aut valde manus, que sola ferit ejus faciem cui infligitur alapa, obiecta ferro non est, neque ferrum preferit, sed spissiorum quandam telam tenet: ut praeceps armamentum hujusmodi necesse non sit imaginari, depingere, quamvis tolerabile videri possit rem non ita exacte discantibus. Hec prudenterissime sapiens iste Magister. Quod si B. Veronica a Binascho fuit etiam revelationum virum, qui in facie percussit Christum, manum habuisse testam chirotheca ferrea, cum laudato Sap. Viro respondeo: Nam fortasse hoc, sed falsitatis, levitatisque cogitandi nimis suspectum. Quid si deplacitum videtur in plerisque imaginibus, quas toleravit Ecclesia, ejus silentium approbationis loco haberi non potest. Pietatem habeant novitates illae, quantam unusquisque velit, revelationibus mulierum adjuventur illae, auctoritatem quidem nullam, nec fidem comenitatis rebus adjungere debemus, ubi resistit communis sensus Ecclesie, qui non ex abditis picturis, sed ex SS. Patram scriptis accipi debet, quotum doctrinam pie, sancte, inviolateque servare debemus, cum hoc, ut supra diximus, sit maxime praesentis instituti.

§. XI.

Expenduntur alia circa Passionem Christi Domini.

Levantose el Principe de los Sacerdotes con grandes voces, y diro que bavia blasfemado; y todos dieron voces diciendo: Para que queremos mas testigos fino a el mismo? Fue tanto lo que aqui cargo de gente sobre el Señor, que dentro de poco espacio, casi no se le figurava el rostro de salvias, porrazos, y Cacos: y eran tantas las jalivas que hacian fuerzas para sacarlas; que de asco ya no le podian bechar manos a las barbas. Pusieronle un velo en el rostro, y al fin podian mejor, sin tanto asco, darle de bofetadas. Davanle muchas, diciendo: Adivina quien tedia con grandes rijadas. Todos decian: Bien merece la muerte, por que blasfemo. Algunos por su malicia natural decian: Aranemosse la Cara; y llegavan, y se la arañavan, que por cima del velo recibentaba la sangre. Llegó uno de estos Ministros muy robusto, y cargoso sobre mis Espaldas, y diro: Note levantas? No crei tu el que dices que tienes poder para desbarcar, y hacer el templo? Embelecedor,

Etiam pag. 165. sequentia refert. Alzossi il Principe de i Sacerdoti, e con gran voce disse, che aveva bestemmiato, e tutti allora gridando dissero: Perche cerchiamo più testimonii, bastandoci egli medesimo. Fu tanta allora la gente che si lanciò sopra del Signore, che in breve spazio di tempo quasi non si conosceva il di lui volto dagli sputi pugni, e calci; e furono in tanta copia gli sputi che facevano forza per levarglieli; non potendo per la schifezza dar di mano alla barba gli posero un velo al volto, e così meglio, e senza alcuna nausea potevano dargli le guanciate; gliene davano molte dicendo con gran risa indovina chi ti percosse. Tutti dicevano: bensì merita la morte, perche bestemmid; altri per loro natural malizia: dicevano: Graffiamolgli il volto, e venivano, e gielo graffivano, di modo tale, che di sopra al velo usciva il sangue: Prosequitur id ipsum p. 2. lib. 1. cap. 8. pag. 675. Arrivò uno di questi Ministri assai robusto, e lan-

dor, como no tienes fuerza para alzarte de ai ? y cruxiendo los dientes con mucha rabia diro : Mas fuerza tengo yo en los huesos de mi boca para levantarte y hazerte pedazos , moliendote entre mis dientes . En esta Sazon me dio un mordisco en el murecillo del brazo izquierdo , que traspasò la carne con sus dientes : y tirando fuertemente del mismo bocado de mi brazo me levanto . Digote hija mia que fue muy vehementse el dolor que padeci en esta parte como era cerca del corazon , hinchose mucho , y corrio cantidad de sangre . Otra vez derrame sangre antes de esta en casa de Cayphas , que buciendome caer con otro empellon , me aflo uno de la parte baja de la Oreja derecha y tiro fuertemente de ella con danada intencion: todo para que padeciesse mas , y dio tal estiron que me arrancò un pedazo de ella , el qual quedo alli pendiente . Tambien solio mucha cantidad de sangre , que corria por la garganta abajo , y despues de baverme hablado estas razones , me mostri la herida de la oreja corriendo sangre .

e lanciatosi sopra le mie spalle , disse : non t'alzi ? non sei tu quello che dici aver podesca di fare , e disfare il tempio ? Come non hai forza per alzarte di qui ? è dirugginando i denti con molta rabbia disse ; più forza ho io negli ossi della mia bocca , per alzarti , e farti in pezzi nella mia bocca , e in così dire mi diede un morso nella parte superiore del braccio sinistro , che mi trapassò la carne con i suoi denti , e tirandomi fortemente per il braccio con la bocca mi alzò . Ti dico , figlia mia , che fu molto grande il dolore che patii in questa parte , e come era vicina al cuore , gonfiossi molto e ne usci gran copia di sangue . Un altra volta , prima di questa , sparsi sangue nella Casa di Caifasso , dove facendomi cadere con urti mi si attaccò uno alla parte inferiore dell' orecchio destro , e tirò fortemente con depravata intentione , tutto acciò io più patissi ; e fu tanta la violenza , che mi strappò un pezzo di orecchio , che restò pendente al medesimo . Uscì una gran copia di sangue , che scorreva giù per la gola , e doppo di avermi raccontato tutte queste cose mi fece veder la ferita dell' orecchio grondante di sangue ,

60. **Q**uidquid Domino illusionis , contumelie , quidquid vexationis , & poenitentibus testium , de cedentium , & consuentium injuriis , vere , abundeque legimus in Scripturis , quæ ad detestabilem Iudeorum impietatem , & ad voluntiam Christi Domini passionem pertinent , quis Catholicus in suspicionem vocare potest ? de quibus multa credimus , quæ si Deo videntur indigna , possibilia tamen naturæ , pro redēptione humani generis oportebat inferri , ut de clatione superbiae victrix triumpharet humilitas . At cum Passionem Christi per multæ significaciones omnibus retro Seculis nuntiatam , non adhuc expectamus manifestandam , sed jam adoramus expletam , concurrentibus ad eruditonem nostram , & novis testimoniorum , & antiquis , dum , quod prophetica cecinit tuba , plane , & lucide Evangelica pandit historia , annitendum , & sistendum nobis est his , quæ nota fecit sacra narratio . Non enim ita Dominicæ Passio consideranda est magnitudo , ut liceat unicuique dicere sibi revelatum . quod imaginari potest , et si totum quod passus est Christus nequeat explicari . Non ergo animadversio yim facit in his omnibus , quæ in textu relato leguntur , sed solum de illis

lis rebus est sermo, de quibus altissimum silentium est apud Evangelistas, & PP., & quorum plurima ridicula sunt, quibus maiestas Passionis Christi, potius deprimitur, quam celebratur.

61. Scimus ex sacra littera, quod implacabilis populi infania fuerit. *Iesus de honestatis luxurias, & immoribus versatus iniurias, quod maxillas ad palmas dederit, & faciem non averterit a confusione sputorum. & quod relatio faciem ejus: maxime pugnis faciem cederint incredibili fanno, & infania perfurientes: ut quod talis, & tam vehemens fuerit sputorum copia, ut imutiliter vim adhibuerint minicci ad illa solidi, & tetrovma spuma unina auferenda, quod & tali tutitudinis labo, trahit sputamentis fieri vultus ejus dederat, ut minime Christus agnosceretur, quod barbam feds sputorum immunditia contaminata in minime preludere posuerint, ex coque relatarint faciem ejus, ut minori nauica, seu commotione, aut perturbatione hominibus, cum alispis, colaphisque excedent, hoc nec Evangelistis, nec Patribus debemus. Velare faciem illius tanquam morti condamnati, coeperunt. Cosa enim, inquit Alexander Natalis super Marcum cap. 14. v. 12. aliquis mortis reus judicatus erat, Iesu ipsum discubebat iactri, qui faciem ejus videt. Romano more: I, liber, colliga manus, caput obvabite. Quis & Passio, unde Hitler, e 7. vers. S. de Amore dicitur: Necdum o rora di ore Regis exora, & flamin operantur faciem ejus. Aliam hujuscce rei causam sibi revelatam tradit Ven. Nater Agreda 2. p. lib. 6. cap. 16. dicente: Provo causa, ob quam faciem ejus velaverunt, malum habet mysterii, quippe de jabilo illo, quo mundi Dominus ob infamie desiderium patiendis in perferventi istismodi blasphemis, ac opprobriis (uti nos dicimus) afflicebatur, in venerabilem faciem ejus extraordinarius quidam decor, & splendor redundabat, faitque hoc omnibus istuc iniquitatis macerariis summa insperata admiratio, & deinceps etiam pudori, ne dolor. Ut autem res adeo insolitam diffundarent, prestigio, & arti magiae impunabatur tam peregrinus factus nitor. Repentinus ergo confusio coepiendo Domini critni adhuc ut obviis quidam, isque vnde invenerat purificauit, sex centos sequens indigni a divino obtuta se excluserunt, tormento enim erat emissa inde divina lux, vixque Diabolica feritatem per eam fuit debilitate. Hoc loquens, ut merum Dei instrumentum! Non ergo verisimile, quod Deus huic Servi Dei revelaverit, velatam ei fuisse faciem, eo nempe, quia cum esset feda sputorum spuma contaminata, satellites, incredibili fanno, & infania perfurentes, libertus, & sine nauica possent pugnis faciem cedere.*

62. Scimus quod furentis, & persequentis populi infania, nihil aliud in Dominum maiestatis operata sit, quam atrocem crudelitatem, & immite supplicium, quod cum iam pugnis, iam calcibus, pupugentur fannis, atque blasphemis, quasi exempli decertantes. At cum Christus in terram cecidisset, nec surgere posset, quod fuerit tanta impii homini dementia, ut virilento risu dixerit ei: Eia! *Iesu Nazarese*, qui te iactabas in triduo edificare templum, vide quod nullus, & infirmi sunt vires tuus, qui te erigere non potes. Modo agnosce meus. Quodque de prestantioribus dentium suorum viribus iactabundus, crudelissimo mortu Brachium Salvatoris apprehendit, quo mortu illum, magno prostris dolore, & terra suffulerit, & creverit, & cum dentibus carnem brachii laceraverit, magna inde luctuosa copia clivit, tunique magnus excreverit. Hoc nobis notum non fuit in sacra narratio: hoc & deprimere maiestatem Passionis Christi Domini dixi. Non tamen que adduximus, propria posseant eodem sensu ridicula dici, ut aegritudinem revelationis. Hoc scripta sunt, & sive credimus. Tormenta ista, non necessitate, sed voluntate passus est, oblatas qd quia ipse voluit: at quod supradictum, omnino a fide, & veritate alienum, totique antiquitati ignotum ipse fateri tenetur.

63. Scimus D. Petrum, qui animosioris conflantis Domino coherbat, & contra violentorum impetus fervore sanguine charitatis exarserat, aures servi Principis Sacerdotum feroces inflantis abscondisse, & quod hanc, iam ipsa sectione demortuam, & a compage viventis corporis alienam in fidem de honestatis capuis relocavit manus Christi, reformans, quod ipse deformaverat. Nec fatus Evangelistis id retulisse, sed & circumstantias facti silentio pectorite noluerunt, fuisse auriculam illius, non sinistram, sed dextram. *Lac. cap. 22. v. 50.*, & *Jam. 18. v. 10.*

72
v. 10. Abscissorem fuisse D. Petrus, illum vero, cui fuit abscessus, dominatum Michaeum; locum etiam adiutorant, & tempus describunt: at abscissionem auriculae Salvatoris, quem in domo Caiphe fecerant cadere impii homines, seu partem illam auris scissam, que pendens remansit, filuerunt Evangelista, & Patres. Cui ergo mirum non videri debet circumstantiam hanc Passionis, non, conteignantem quidem, de auricula abscessu neglexisse Evangelistas, Apostolos, ceterosque ecclesiastice historie scriptores, non his temporibus per revelationem hujus Servae Dei divinitus factam, declarandum relinquens, quam auris partem abscessum vidisse affimat ipsa, ac per consequens, an modo sit pendens ab aure Christi Domini? Et præcipue, cum anima Christi Domini in resurrectione corpus cum cicatricibus resumptum: non enim pertinent illæ ad corruptionem, vel defactum, sed ad maiorem cumulum gloriae, in quantum sunt quedam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum, quidam specialis decor apparebit: quod totum docet D. Thomas 3. p. q. 54 art. 4. Hoc iterum dico mirabile satis, quod apud eosdem prætermissa sit abscissio auriculae Christi, qui Mala aperte declarant, quam sane nobis scire minus conducebat. Nuga, nuge profectio sunt illæ, & levissime, indignæ, ut nomine revelationum typis dentur, quibus deprimuntur Majestas Passionis Christi: cum catholica Christi Passio, nec macula commenti, nec raga, aut suspicione mendacii, debonescat debeat.

64. Has nihilominus revelationes vindicare contendit eruditissimus Apologista, quam plures referent irridiones impiorum in Salvatoris nostri consumeliam perpetratas, & tandem concludit his verbis: *Hic non sedam, quæ Ven. Mariana tradit, sed quæ quid exigitur te scibit, & ultra passus est Christus, neque enim in malo excoagulanda pars fuisse Diabolo. At parcat, amabo, nemo, nec ipse pius & doctus vindex, hac considerans fatebitur. Si namque hec vindicatio locum habet, habebit alteri mulieri, ut sibi revelatum tradere, & ut divinitus revelatum typis dari, & legi libere permitti. quod impii illi carnices tauros pingues, vitulos multos, canes rabidos, frementes bestias, leones, & ursos adhibuerint, cum quibus lucifaretur Christus, quorum unus dentium morbo brachium ejus apprehenderit, & e terra retraxerit: alter vero ei oculos eruerit, alter autem ei aurem abscederit, aut denique unum ex illis impiis hominibus, ei fregisse digitos, manus, aut pedes, alium vero abscidisse nasum, aut dentes eruisse, & mille alia a nobis, non solum dormientibus somniabilia, sed vigilantibus etiam imaginabilia: Omnia enim, ut assertit eruditissimus Vindex a nobis imaginabilia, & aliae, & non tantum, quæ tradit Ven. Mariana possit est Christus: quæ tamen omnia digna sunt, quæ omnium irridione induantur. Sed hec insinuata sufficiant: indecorum quippe de parvis rebus amplissimis verbis dicere.*

§ XII.

Circa Columnam flagellationis.

Atra una columna que llegara poco mas de d la cintura de un hombre, y allí arrimaron de pie a nuestro Redentor agujado el cuerpo sobre la columna: Por la otra parte de los pies havia una argolla, donde fuertemente con cordeles le ataron, y rodearon los cordeles á la otra parte de la Columna, para que quedassen mas apretados, con tanta crudeldad que no rebentaran sangre

Narrat p. 1. l. 2. c. 5. Eravi una colonna, che arrivava poco meno che alla cintura d'un uomo, a questa appoggiarono col petto il nostro Redentore incurvando sopra della medesima il di lui corpo; alla parte che corrispondeva ai piedi, eravi un grosso anello di ferro, al quale lo legarono fortemente con funi, e queste poi ravvolsero all'altra parte della colo-

por las unas; y las manos se las ataron, y bozvieron con los cordeles a las espaldas, para que rodeados los cordeles por la columna, quedase el cuerpo sin poderse rebullir. De la soga que tenia a la garganta trabaron, trabaron de ella, y la ataron a otra argolla que estaba de la parte donde estaba el rostro, de suerte que no podia menear la cabeza.

na acciò fosse più stretta la legatura; e questo fecero con tanta crudeltà, che viddi per la violenza uscir fuori il sangue dalle unghie. *Et prosequitur ibi*: Ravvolsero parimente la fune, che portava al collo, e la legarono all' altro anello posto alla parte della Colonna dove il Redentore stava in modo tale con la faccia, che non poteva muovere la testa.

65. **I**ncertum dixi, quod hic nobis revelatum tradit Ven. Serva Dei, ita exiguam fuisse Columnam, qua fuit alligatus Christus Dominus, ut flagellaretur, ut ad minus, quam ad cingulum hominis esset alta. Etsi enim pars affirmativa variis argumentis probetur ab eruditissimo vindice, non desunt tamen pro parte negativa viri quidam, iisque non minima prædicti eruditione, qui hanc propugnarint cum D. Hieronymo afferente oblongam fuisse Epist. 27., eo quod illi innitebatur superior pars porticus: *Ostenditur illic*, inquit S. Doctor: *Columna Christi porticum sustinens, infecta crux Domini, ad quam vinculus dicitur, & flagellatus: In quo textu me fugit sane quid corrigendum videatur auctori responsionis.* Unus sufficiat Doctissimus *Intervianus de Ayala* lib. 3. cap. 15. dicens: *In qua Columna depingenda, video passim Pictores uti parva quadam, ad sua ipsorum phantasias modum descriptra: in cuius superiori parte extat ferreus prorsus annulus in quo innixi sunt funes, quibus est Christus Dominus alligatus. Ego vero non ita censeo: sed columnam fuisse unam ex illis, que erant in praesidis atrio, & quibus innitebatur superior pars porticus..... Nam quod conspicatur Romæ Columna multo minor, quam ut porticum sustinere quiret, tantum probat esse fortasse partem illius Columnæ, ad quam alligatus est Dominus.*

66. Huic opinioni non parum favet V.M. *Sor Maria de Agreda*, quæ columnam, cui Salvator noster alligatus fuit, magis quam ad cingulum hominis, altam fuisse, sibi revelatum dicit 2. p. lib. 6. cap. 20. num. 1336. *Hi tales igitur ferocien- tis Daemonis satellites sequentibus multis aliis, Jesum reparatorem nostrum adduxerunt ad usitatum hujus supplicii locum, quod erat atrium quoddam juxta domus impluvium ubi alii facinorosi torqueri, & ad deliciarum confessionem adigi solebant. Erat porro hoc impluvium in aedificio non multum excuso, ubi plures circumstabant columnæ, quarum aliquæ intus sub tecto erant cooperatae, aliae autem juxta, & extra textum, nec ita in altum porrectæ. Ad unam ergo ex his, quæ ex solido erant marmore, eum arte, fortiterque alligaverunt. Et licet juxta revelationem hujus Servæ Dei columnæ, cui alligatus est Christus non ita alta erat, sicut aliae porticum sustinentes, at non ita exigua, ut minus, quam ad cingulum hominis ascenderet. Nihil ergo hac in re certum alicubi inveniri potest. Solum creditur columnæ alligatum fuisse Christum Dominum juxta Romanorum consuetudinem, ut scribit Prudentius in Diptych. 21.*

Vinculus in his Dominus stetit ædibus, atque

Adnexus tergum dedit, ut servile flagellis.

67. Creditur etiam pie, sicut & ultrò profiteor, columnam, quæ ad hanc usque diem in templo S. Praxedis ostenditur, & quæ aliquando videbatur sanguinem Christi rubens, fuisse illam, cui Christus Dominus fuit alligatus, illusus, & verberatus in sua Passionis nocte, quam Joannes Cardinalis Columna Legatus Apostolicus in partibus Orientalibus sub Honorio III. circa An. Domini MCCXXIII. asportavit, & in praefata Ecclesia, ubi asservatur, collocavit. Cujus inventio- nem, & Romanam transportationem, non est animus impresentiarum excutere, esset enim longius, & ultra quam par est, dilatare responsionem. Verum an sit Columna integra, vel pars tantum Columnæ, quæ visitatur in templo S. Praxedis, dissentient doctissimi viri cum Cornelio a Lapide, afferente columnam hanc esse

etie partem, & appendice m illius majoris, quam nominat D. Hieronymus basim scilicet, aut caput nolum. Quod non obstat, ut, sive pars sit, sive ipsa columnas integra, inter res sacras alicuetur, & adoranda fidelium devotioni offertur.

68. Enim vero columnam hanc non fuisse exiguum probabile satis videtur. Tum quia Romani damnatos flagellabant ad columnas altas, ut patet ex illis, ad quas alligati fuerunt SS. Petrus, & Paulus, ut de more flagellarentur ante necem, quae hominis altitudinem excederent. Tum quia ita fuisse exiguum nullis certis momentis probari potest. Enim vero nullius roboris est argumentum, quo utilitur Cornelius & Lapide cap. 27. super Matthaeum v. 26. dicens: *et tu ex multis altitudine trium palmarum, ne si alius fuerit, flagellatores impeditivissem, ne Christum utrumque, id est, tam ante, quam retro, tam in pectore, quam in dorso flagellatus posse*. Hic quippe discursus, vel hoc unico argumento revincitur, quod magis certum, ex minus certo probare intendit. Est quippe magis certum columnam fuisse parvam quam quod Christus ante, & retro, tam in pectore, quam in dorso flagellatus fuerit: cum nulla talis flagellationis ante, & retro apud antiquos Patres, & veteres Scriptores Ecclesiasticos habeatur mentio: quin potius ex illo Ioseph 38. v. 17. *Proiecisti post tergum tuum omnia peccata nostra, colligitur volutus Dominum, principue flagellari in dorso, quia peccata nostra luenda suscepimus: ubi autem flagella, nisi ibi peccata?* Quare de opinione ista laudatus Interianus num. 6. sequens proficit iudicium. *Sed ne quidquam prætermissum videatur, id breviter addicemus. Julers nempe a viris pietate insignibus, neque indubitate meditandum proponi Christum Dominum post tam duram flagellationem in dorso, coquim esse a pessimis torturibus, suspulsi ad columnas leviter, acciper: tuto pectore, atque etiam dentes suos, diraque plagar. Ego vero etiæ hoc solitum me legere cum aliquibus ex Christi servis, quo accidit, atque ignominiosum esset ipsorum pena, immo clarissimum & spectabilissimum martyrium: tam etiam ita pingui factum cum Christe Dominum probare nos ausim, neque adeo alleluia dicere pingui obliquit enim, & silentium Evangelistarum, & ipsa rei iniusta illa inconciliabilis indignitas, qua neque afferi, neque minus pingui patitur circa scindens, summaq[ue] ueritatem facit, vel Parvum testimoniū.*

69. Eodemque pariter vito laborat argumentatio, qua utitur vindicta revelationis num. 39., qui ad duplē columnam sanguine Christi consecratam recurrit, ut salvet unam ex illis fuisse exiguum, sequens opinionem quorundam alienentium, bis fuisse Christum Dominum flagellatum; scilicet quidem ad correctionem, postquam illum dimittere cognabat Pilatus, & iterum ad mortem juxta morem Romanorum, qui sane discursus eodem vito laborat. Indubium certe est talem fuisse Romanorum morem, ut testatur D. Hieronymus in Matthaeum cap. 27. his verbis: *scendit aliud Romaneum, legiāris ministri, quibus fuscum est, ut qui crucifiguntur, prius flagellis turberentur. Ita etiam Vatablus, Drausius, Iacobus de museo Christi: lib. 3. cap. 4. num. 5.* At minus probabile bis fuisse Christum virginis casum, quod auctores ab eo citati nulla certa, atque indubia fide probant, nec id ex antiqui, & extra omnem dubitationis alcam posita traditiones haustum afferunt, sed potius levissimo persuasi fundamento, eo tempore, quod Matthaeus cap. 27. v. 26., & Marcus cap. 15. v. 15. videntur loqui de flagellatione, ut de previo supplicio ad damnationem: patet quippe ex D. Ioseph non modicum intercessisse tempus inter Jesum flagellis dilaniatum, atque cundem damnatum, & licet Evangelista citati de flagellatione ante damnationem mortis videantur loqui, sic locuti sunt, inquit doctissimus Calmet sup. Joan. cap. 27. v. 26. *Iusti de præterita actione, & per amacephalagm.*

70. Non ergo ex opinione ista, que nec minimam speciem veritatis habet, argui potest, quod fuerint columnæ diversæ Christi sanguine consecratae. Si ergo incerta usque modo est longitudo columnæ, si & dubia veritatis sunt momenta, quibus ab utrinque partis defensoribus sua propria stabilitate opinio, hinc mihi in suspicionem venit talis revelatio. Primo, quia secundo probabilitatem sententiam, quod columnæ S. Praxedis ea est, & integræ, ad quam iubente Pilato flagellatus est Christus, non ista duplē anulum habet, quibus fuerit alligatus Christus, cum solum quoddam sit unus in parte superiori vestigium: Et secundos quis

quis verebar fatis an ex Deo habita sit. Cum nec utilitati Ecclesie, nec proprietati Servi Dei consolationi ullo modo defervire possit. Quid utilitatis Ecclesie, cui res ita incerta, & dubia remanet, sicut erat ante hanc revelationem? Quid etiam consolationi Servi Dei? An non illi, sicut & toti Ecclesie sufficiens est consolationis argumentum, quod Deus Omnipotens, Rex glorie, & Dominus virtutum, cuius potentie nemo potest resistere, in se ponere voluit iniquitatem omnium nostrorum, ut pro ea satisficeret flagello contumelioso, quo dumtaxat servi, fures, aliquae scelerissimi homines afficiebantur? Lege quippe cautum erat, ut ne homines honesto loco nati, ac principes Romani Cives, loris aut virginis cederentur, ut dicit D. Hieronymus sup. Abutb. cap. 27. his verbis: facinus est vivere Circum Romanum, sceleris corberare, prope parricidium necare; quid diems in Crucem tollere? Verbo satis digno restans nefaria exprimi nullatenus potest. Hoc vel unum sufficit, ut vanitas revelationis inspiciatur.

71. Sed in contra ex dictis iterum insurgit eruditus vindictus num. 55. dicens: *Nec contendis, illum statnre (nempe sensum) tanquam irrefragabilem veritatem; nec id opas habeo; satis enim propriei mea est, potuisse esse verum. Nam si posse id fatis est, ut nequeat reprobari tamquam falsum. Primitus ejusmodi revelationibus ostenduntur, ut plurimum, quae alioquin dubia aut ignota sunt.* Et in fine num. 59. *nec pro vindicatione revelationis semper pra oculis habendum volent, scilicet, vobis certi contra ipsam opponi posse, quod fatus est ut ab omni confusa libera eradatur: ergo cum nihil concedatur, quod res, quae dicuntur revelata, secundum se sit possibile, nec posse quis contra eam quid certi objiceat, non est reprobanda revelationis.*

72. Sed pareat, amabo, inefficax est argumentatio ista. Primo, si ipse pie, & prudenter credit rem esse a Deo revelatam; pie, & prudenter credere etiam debet rem revelatam esse irrefragabilis veritatis; aliud quippe est, non esse irrefragabilis veritatis existere hujuscemodi revelationem, aliud vero quod supposita pia credibilitate revelationis, non tenetur quis plus credere rem revelatam esse irrefragabilis veritatis. Hoc secundum certissimum est, cum res a Deo dicta sit certa, & infallibilis veritatis; ergo eo modo, quo creditur, cum esse a Deo dictam, & credi debet esse irrefragabilis veritatis. 2. Quia solutio falso nititur fundamento, quod nempe, ut prius creditur rem esse revelatam, sufficit quod ipsa secundum se sit possibilis, & quod contra eam nihil certi possit opponi, coius insufficienciam tota differt. 1. fatus ostendimus. Quot enim in libris Apocryphis leguntur res secundum se possibles, contra quas nihil certi possit potest, quas tamen prudenter ab oculis fidelium removat Galatini; quin ad oppositum sufficeret, quod afferit solutio, quod primitus hujuscemodi revelationibus ostenduntur ut plurimum, quae alioquin dubia, aut ignota sunt.

92. **T**otum hoc mihi, & intellectu, & creditu difficillimum visum fuit. Imo & nescio, quomodo quis hec legendo, caelestia, divina. ac prorsus vera proclamare posuit. Non etenim hoc unum nos sollicitos tenere debet, ut inquit vindex harum revelationum, an aliquid doctrinæ, moribus, aut communione Ecclesiæ sensui aduersetur, quasi ubi id non appareat, in tuto sint omnia futura: Jam quippe usque ad nauseam tota dissertatione prima diximus, non solum attendendum esse, ut id, quod revelatum dicitur, sit conforme Fidei catholice, & bonis moribus; sed etiam ne aliquid his revelationibus dicatur, aut apponatur minus conforme Sapientia Dei, prudentium judicio, aut verisimilitudini. An ne ergo credibile quod Deus docens nos utilia, revelaverit, quid in illo tenebrarum concilio, nefarii sceleris, & audaciae comites inepit, & insulse disputaverunt, & quid putidè excogitarunt, ut furorem omnem, quantus esse posset, in Christum exercerent? An quod tor vanas, nimisque ridiculas confabulationes, dixerit Deus, ut has tanquam veras suscipiant fideles, & ad earam perpetuam memoriam posteriorum animis altius infigerentur. Quis enim est tam bonus, quem ista moveant? Incredibile plane videtur etiam revelasse Deum, quod licetores robusti; ita pro virili eum flagellaverint, ut caro in eis à carpo, seu manus junctura recesserit; quod unus cogitaverit rem novam, & hastenus nusquam visam, & qualis haec? ut paulatim virginis eum cederet; quod & brachiis inflatis, tumefactis, ruptis, & ad collum fascia appensis adierint Pharisei, ut mercedem aquam crudelissime flagellationis acciperent. Fabula pene aniles! Non Pilatus ardore, & furore succensus lictoribus tradidit Christum flagellandum; qui potius hanc Christo Domino Pilatus induxit paenam, non uti delicto debitam, sed ad correctionem, ut constat ex Lxx cap. 23. v. 22. corripiam eum & dimittam, ut hac via ingratissimi Populi furor, placata Pontificum, ac Scribarum invidia, acquiesceret; cumque emendatum dimitteret. Quod & dicit S. Augustinus. In Ioa. cap. 19. Tract. 116. Hec Pilatus non ab aliud fecisse credendus est, nisi a ejus injuriis Judici faciat sufficere sibi existimarent, & usque ad ejus mortem facire desiserent. Et infra: Hinc apparet non ignorante Pilato bac a militibus facta, sine jus-

serit ea , sive permisit , illa scilicet causa ; quam supra diximus , ut hoc ejus iudiciorum inimici libenter biberent , & alterius sanguinem non sitirent . Id ipsum affirmat D. Chrysostomus : *Hoc Pilatus , inquit , non ob aliud fecisse credendas est , nisi ut ejus injuriis Iudei satiati , sufficere sibi existimarent , & usque ad mortem ejus siccire desisterent . Audiendus etiam est D. Leo sermone 8. de Passione , qui sic eleganter loquitur : Quid ergo Pilatus Jesum debonestari iudicabat , vexari permisit injuriis : quodque eum flagellis caesum , spinis coronatum , & amictu irrisoria vestis induitum , persequentiū aspectui ostentavit , mitigandos inimicorum animos existimavit : ut exsaturatis odiis , non ultra jam crederent persequendum , quem tamen modis intuebantur afflictum : ergo inverisimile prorsus est , quod ad eum accesserint tortores , ut crudelissime flagellationis mercedem acciperent . Et sane si haec omnia prefatus Magister supponit potuisse esse propriæ imaginationis figmenta , piasque ejusdem feminæ cogitationes , cur hac Fidelibus venditat , & ostentat libri auctor , ut vere a Deo revelata , in discrimen adducens hujus V. Servæ Dei sanctitatem ?*

93. Suspicionem conceptam confirmat , quod ibi etiam legitur sex fuisse licetores Christum cædentes ; qua revelatio variis momentis fallax , & opinabilis videri potest . Primo quia de eadem re contrarium , Spiritu Dei , revelatum nequit esse , ut ait Sanctus Cyprianus Epist. 67. ad Stephanum 1. data . Neque enim , ait , poterat esse apud nos , sensus diversus , in quibus unus esset Spiritus . Et ideo manifestum est , cum Spiritus Sancti veritatem non tenere cum ceteris , quem videmus adversa sentire . Et de numero licitorum minime conformes sunt revelationes . Revelatum quippe legitur S. Magdalene de Pazzis Christum à triginta paribus hominum , id est a sexaginta ministris fuisse flagellatum ; cum alii aliis novi , recentesque succederent . Si ergo variae , & contradictoriae sunt revelationes iste , nequit unius magistrari , quam alteri ; nec ullum certum potest de eis formari iudicium , ut notat Gravina lib. 2. de objecto revelationum cap. 3. Consequens est ad hanc regulam , quod si pugnantes ad invicem advertamus revelationes , ut utraque sit suspecta , contradictoria a Sanctis verificari nequeant ; sed alterutram esse veram , vel falsam dicere necesse est , & certum de utraque non potest esse iudicium irrefragabile . Hanc regulam diffuse prosequitur Picus lib. 9. cap. 2. , & cap. 4. Et concludit : propria periculum maius est , ait Picus , dum , qui Prophetæ creduntur , contraria proferunt , & ambiguntur cui nam sit assentiendum .

94. Secundo quia , ut inquit Gerson de probatione spirituum , cum semel loquatur Deus , & id ipsum non repetat , onerosum certe est , ac vanum , reiteratas diversis temporibus , maxime circa idem objectum , in immensum visiones super visiones multiplicare . Et rursus ait : Certe non est verisimile has reiteratas , & multiplices revelationes a Deo proficiisci . Sed quo tempore hoc Ven. Servus Dei dicitur fuisse revelatum , eodem fere tempore fuit etiam id ipsum revelatum Ven. Matri Sorori Mariæ Agreda , ut ipsa testatur p. 2. lib. 6. cap. 20. num. 1336. his verbis : Inquisitum hoc iudicis decreta : quod suadente Diabolo conceptum erat , ut executioni daretur , sex robustissimi , ac validissimorum lacertorum ministri , seu licetores exquisiti sunt , qui , uti erant homines viles , abjecti , seculisti , ac impii , idcirco carnificis munus subierunt . Et n. 1339. Hanc itaque in modum Virginis Filius eorum copiosa plebe nudus stetit , mox vero a sex elliis tortoribus columna cuidam illius aedifici non absque crudelitate alligatus est , ut nempe favori eorum parati esset . Exempla dein bini , & bini , mutatis in ordinem vicibus cum flagellaverunt , ita truculerunt , ut inaudita hoc barbaries omne hominis inventum unique superasset , nisi ipse Lucifer impium servissimum boninum cor subiisset : Ergo si juxta Gersonium verisimile non est reiteratas , & multiplices revelationes circa idem objectum a Deo proficiisci , etiam diversis temporibus , a fortiori in dubium revocari debuit , an similitudinem veri consequatur reiterata ejusdem objecti revelatione eodem tempore huic Servo Dei facta .

95. Tertio , quia non ita inverisimile videri debet , licetorem fuisse unum , cum Pilatus iudicium tulcerit Romanorum more , ex jure autem , & more Romanorum licitor unus ministerium obibat , ut probat solemnis illa judicij formula : L. Licitor , colliga manus , caput obnubito , virgis cedita ; quæ ita regularis , & communis est apud Auctores , ut vix reperiatur unus de suppliciis agens , qui non eam referat . Ipse Calmet , dissertatione saepius a vindice laudata , de Suppliciis Scripturae cisdem

eisdem fere verbis eandem commemorat: *¶, lictor, colliga manus; caput abnubito, arbori infelici suspendito*: licet hic sermo solum sit de his, qui suspendendi erant, formula tamen judicii mox relata, aperto de his, qui flagellis cædendi erant. Loquitur. Proabant id ipsum phrases illæ, quæ apud *Ciceronem* pasim occurrunt: *Aderat Janitor carceris, carnifex Prætoris, lictor Ieftius, & alibi: Sit lictor non juu & sed tuus levitatis apparitor. Ponite ante oculos carnificem, tortoremque Samarium. Se- sius carnifex Verris, & aliae similes.* Id insuper evincit, quod de *Claudio Imperatore* narrat *Suetonius de Claud. cap. 34. Cum & spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palam noxiis carnifex decesset, occitum ab Urbo, vespere nisque operiri perseveraverit.* En unus solus carnifex. Et sane quid aliud fibi vult *Christianus Andricomius* relatus a vindice revelationis, qui in descriptione Urbis Hierosolymæ num. 57. de domo Pilati agens hanc iustionis formulam circa Domini flagellationem in veteribus Annalibus repertam refert: *Iesum Nazarenum virum Ieditiosum, & Moyses legis contemptorem, per Pontifices, & Principes sua gentis accusatum, expoliate, ligate, virginis cedite. ¶ lictor expedi virgas.* Hic dum de lictore loquitur, singulari numero utitur. Quod si plurali etiam numero prioribus verbis loquitur, hoc profecto est, vel quia judicis imperio loquebatur, vel quia executionem sententie militibus etiam committeret, ut moris erat apud Romanos, vel tandem, quia siepius pluralis numerus pro singulari usurpatur, veluti cum S. Matthei cap. 27. v. 38. ait, latrones, cum *Iesu Christo* crucifixos huic illusile, licet unus tantum illuserit, ut aperre S. Lucas cap. 25. v. 39. testatur. Quod & conceptissimis verbis habetur apud S. Albertum magnum: *Iubente lictore se ipsum vestibus exxit, columnam sponte amplectens.*

96. Non est ergo, quod tam severe vir eruditus stylum acuat in Theologos illos, qui sex lictores ad Passionem Christi minime necessarios existimant: Scimus soli ex sacris Litteris, Christum fuisse flagellatum, & flagris crux: nihil ultra assertunt Evangeliste. S. Matthei cap. 26. ait: *Iesum flagellatum tradidit eis: Marcus cap. 15. Tradidit Iesum flagellis easum. Joannis cap. 19. Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit.* Hoc breviter, simpliciterque dixerunt Evangeliste, & cum Prophetæ Dei spiritu afflati, mortis, quam *Iesus Christus* passus est in Cruce, tam distincte, ac perspicue notent, atque singillatum circumstantias referant, nihilque tamen dicant de pretensiō illo scenario numero, mirari vehementer subit, quod sint, qui sibi persuadeant, & velint intento veluti digito præmonstrare nobis pluralitatem, numerumque determinatum lictorum. Non lictorem unum, nec sex, sed congruentius textui *Joannis* quatuor quis diceret. Scribit enim Evangelista cap. 19. v. 23. *Milites ergo cum crucifixissent eum, accepserunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes: unigenitum militi partem: Et verisimile fatis est, quod ab eisdem lictoribus prius Christi fuerit flagris crux, & quibus postea fuit crucifixus.* Quidquid rameo sit de hoc, an ad actum flagellationis concurserint omnes, sicut postea ad crucifixionem, de quo nihil certum haberi potest ex sacris Litteris, id in controversiam venire nequit, quod Christi Domini flagellatio tam acerba, & dira fuit, ut nullum sit tam ferreum peccatum, cuius duritatem non emolliat maximus ejus dolor: Non est dolor, sicut dolor ejus; dicitur *¶, 1. Hujus flagellationis acerbitas descripta est a Prophetus: Psal. 22. dicitur: Diuinneraverunt omnia offra mea: Psalmus 128. v. 3. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: Isaie 50. Corpus meum dedi persecientibus: Et 53., & 55.: Vidi meum eum, & non erat asperitus & desideratissimus eum despiciens, & multissimum terrorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despicias, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostri ipse talit, & dolores nostros ipse percussit, & non patet nimis eum quasi leprosum, & percaecum a Deo, & humiliatum. Ipse taliter est propter iniquitates nostras, attritus est propter feccas nostras, disciplina pacis nostra super eum, & livore ejus fanari sumit. Hoc etiam horrendum spectaculum describit S. Augustinus serm. de Pass. citatus a D. Thomas in Cat. Aures. Ecce Dominus aptatus ad verbena, ecce iam editus, rapit saevium eum violentia flagellarum, repetitum itib[us] crudelia verbena scapularum terga conscientiam. Prok dolor! facit extenuari ante bonum Deum, & supplicium patitur rei, in quo nullam pueri vestigium potuit intenisci. Vulnera vulneribus, plague plagiis addebantur. Hinc livor tumens, inde mo-*

mento temporis sanguis crumpens, ut revelatum sibi fuisse a Beatissima Virgine affirmat S. Anselmus Dialogo de Passione. Heu! momento temporis, totalis corporis ejus superficies, ita sanguine superfundebatur, ac si purpura circumdatus, & in stuporem, & deformitatem transformatas, omnibus apparuit, quasi lepra percussus. Sed quid opus est tot lictoribus? An non ferus, crudelis, & inhumanus, etiam, unus tortoris animus hoc horrendum, tanta amaritudine, & dolore plenum, spectaculum, praebere potuit, ut rupta sacri corporis cute, totum Christi corpus flagris concisum, & laceratum relinqueret? Quanto aliquod patienti est magis sensibili, tanto major sequitur dolor passionis, ut dicit D. Thomas 3. p. q. 46. art. 6. ad 3. ex quo probat dolorem passionis Christi fuisse majorem omnibus doloribus his praeclarissimis verbis: *Quod etiam per impossibile ponatur, quod Adam in statu ianucentia passus fuisset minor fuisse dolor ejus, quam Christi;* quia neceps corpus ejus erat delicatoris constitutionis. Ad quam sententiam accedit S. Bonaventura medit. Pass. Quanto delicior caro illa fuerat, atque tenerior, tanto acerbior imprimebatur dolor; Quod idem observavit Lanspergins de Passione Domini dicens: *Caro enim tenerissima non modo vulnerabatur; sed discerpebatur etiam, lacerabatur, sulcabantur, ut ossa quoque nuda apparerent:* Ergo si corporis Christi Domini delicatissima fuit constitutio, cur unus, aut alterius lictoris immanis scyitia, ita inhumane, & crudeliter levire non potuit, ut plagas usque ad ossa, ordinarium flagellationis modum graviter excedendo infligeret, cum, ut recte observat Interianus cum aliis, *Pena hæc non est inficla a Judeo lego sua agentibus; sed a Gentilibus, qui nulla circa hæc etiam lego cœli tenebantur, & quos satis constat sapient verberibus, & flagellationibus damnatos a se reos interemisse; quo frequentius nihil est in Sanctorum Martirium actis.* Quod autem S. Martyres, non ab uno, sed a pluribus lictoribus fuerint usque ad mortem, flagris cœsi, hoc probandum restat eximio vindici revelationis. Nec enim, ut id præstet unus, agnoscendi debent in illo Samsonis, aut Herculis robustissimæ vires.

97. Fateor insuper Christum Dominum dirissime fuisse flagellis cœsum, istuum numero minime observato, quem lex Mosayca Iudicis excedere vetuit Deuteronom. 25.; *Si cum, qui peccaverit, dignam facient plagis, proficerent, & coram eis facient verberari.* Pro mensura peccati, erit & plagarum modus: ita durata est, ut quadragenarium numerum non excedant, ne fide laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Ineptam, & parum piam etiam assertimus opinionem dicentium, Christum Dominum solum, uti præscriptum erat in lege, quadraginta plegas sustinuisse, cum certissimum omnibus debeat esse immanem fuisse flagellationem, ut probat illud Psalmi, *sæpè dorsum meum fabricaverunt peccatores,* quem textum Theodosius, & alii interpretantur: *Sæpè dorsum meum araverunt avatores,* quasi supra ejus corpus sacratissimum flagro sulcos duxerint, sacram ejus carnem proscindentes, sicut aratrum proscindit terram, ut ita sanguis ex toto illius corpore effundereetur. At quonodo facta fuerit hæc scyissa flagellatio, ignoratur penitus, inquit Calmet super Mattheum cap. 21. v. 26. his verbis: *Quomodo hoc supplicio Christum affecerint, non satis liquet.* Varie narratur a pluribus vulnorum, seu flagrorum numerus. Fuisse 500. affirms S. Bonaventura, V. Mater de Agreda lib. 6. cap. 20. incusa in flagellatione Domino nostro verbera numero 5115., sibi fuisse revelatum tradit. Ascendisse ad 5400. revelatum fuit S. Geltrudi. Aquilanus refert revelatum S. Bernardo fuisse 6666. Landulphus de Vita Christi, scribit fuisse 10537. Salmeronius 105490. Verum quamvis totum hoc sit pia meditatione excoxitatum, incertum, ac infirmum omnino est. Si confulas Interianum, quid credendum sit, considerate respondet: *Quod ad secundum attinet, hoc est de plagarum numero: Scriptores piæ, siue permitti, præsertim e recentioribus, assertant fuisse plaga Christo illata in ipsius flagellatione ultra quinque millia.* Hoc tamen viris gravissimis, & doctis, neque ob id minus piis, plane videtur incredibile. Etenim præterquam quod Romani, (ut de Iudeis nihil dixerim) non confuerunt, maximè per illa tempora, tam multis plagiis verberare: *Pilarus non id intendit,* ut Christum flagris omnino conficeret, immo propterea flagellavit eumdem, ne illum morti tradaret, ne carearetque, sed quoquomodo, quamvis acerbiori, servatum eriperet a Iudeorum ies, ejus necem, & crucifixionem efflagitantium. Non igitur fit verisimile, neque possit

neque permisso etiam tam duriter ; & cum mortis evidenti periculo flagellatum
iri.

98. Si Patrem Suarez adcas , eum ejusdem labii invenies . Tom. 2. in 3. p. q. 46.
art. 3. disp. 35. sect. 2. Quarto de numero plagarum nibil invenio ab antiquis Patribus
scriptum , multi tamen pii Scriptores , præsertim ex recentioribus , affirmant fuisse ultra
quinque millia quod aliquibus videtur incredibile . Quia nec Iudei , nec Romani con-
sueverant ita flagellare , & quia tot verbera sufficerent ad necandum hominem ; cum
ergo Pilatus flagellaret Christum , ne illum necaret , non est verisimile permisso
eum tam acriter verberari . Et licet Ludolphus Cartus. in vita Christi 2. p. c. 58. &
Echius in Serm. de Passione Domini , & alii referant hoc fuisse revelatum cuidam fami-
nae , tamen neque hujusmodi revelationes feminarum cogunt nos , ut eas veras esse creda-
mus , neque ibi dicitur plagas flagellarum sed vulnera Passionis eum numerum excessisse .
Itaque hoc res incerta est . Unde licet verisimilis sit flagella multum excessisse quadrage-
narum numerum propter rationes adductas , & quia Christus non more Iudaorum , sed
Romanorum flagellatus est : tamen quantus fuerit ille numerus affirmare non possumus ,
quia neque in Evangelio habetur , neque in Scriptura , neque à SS. Patribus traditus
est . Ad eandem sententiam accedit Calmet sup. Joan. Cap. 19. v. 1. dicens : Asceti-
cos apud quosdam libros legimus numerum verborum , sed ha revelationes in Ecclesia fidem
minime obtinuerunt .

99. Res ergo incerta ; at non incertum , Christum crebris , & multiplicibus ictibus
fuisse verberatum . Non opus est scire vulnerum , aut lictorum numerum , ut
sciamus immanem , & crudelissimam Christi Domini flagellationem , quodque
superit sanctam cutem violentia flagellarum ; quod Christus immanem passio-
nem sustinuerit pro nobis ; & quod dolor Passionis ejus fuit major omnibus dol-
loribus : quod theologice , & profunde more suo explicat D. Thomas 3. p. q. 46.
art. 5. his disertissimis verbis : Sed secundum genus passus est oranem passionem huma-
nam , quod quidem potest considerari tripliciter . Uno modo ex parte hominum , a quibus
passus est . Passus est enim aliquid & à Gentilibus , & à Iudeis , & à masculis , & à fæ-
minis , ut patet de ancillis accusantibus Petrum . Passus est etiam , & à Principibus ,
& à ministris eorum , & popularibus secundum illud Psalmi secundi . Quare fremuerunt
gentes , & populi meditati sunt inania ? Asliterunt Reges terræ , & Principes conuenie-
runt in unum adversus Dominum , & adversus Christum ejus . Passus est etiam à fami-
iliaribus , & notis , sicut patet de Iuda cum prodente , & Petro ipsum negante . Alia
modo , patet idem ex parte eorum , in quibus homo potest pati : Passus est enim Christus in
suis amicis , cum deferentibus ; in fama , per blasphemias contra eum prolatas ; in ho-
nore , & gloria per irrisiones , & contumelias ei illatas ; in rebus , per hoc quod etiam
vestibus spoliatus est ; in anima per tristitiam , zedium , & timorem ; in corpore per vul-
nera , & flagella . Super quæ verba Eminentissimus Cajetanus : Ergo non est quod tran-
seat imaginatio ad alia , quæ cogitari possunt , ut sciamus Deum omnes passiones sustinuisse .
Fuit pariter dolor Christi major omnibus , ut probat D. Thomas art. 6. sequenti :
non quia attenta lesione corporali , non fuerint quidam Martyres , qui graviores
passiones , & diurniores sustinuerint , sicut D. Laurentius assatus in craticula ,
& S. Vincentius unguis ferreis laceratus , sed aliunde . Quare cum ex his S. Do-
ctor hic primum sibi proposuisset argumentum , sic respondet : Ad primum ergo
dicendum , quod ratio illa procedit ex uno tantum prædictorum scilicet ex lesione corporali ,
quæ est causa sensibilis doloris ; sed ex aliis causis multo magis dolor Christi patientis
augetur , ut dictum est . En vivis coloribus descripta passio Christi , cum summa
ignominia , doloribus , & opprobriis conjuncta . Vanus est recursus ad incertum
lictorum , & vulnerum numerum , ut horrenda dolorum , qui nobis debeban-
tur , & crudelissima perpersio evidens fiat . Fuerit ergo solum numerus Licto-
rum pia hujus Ven. Servæ Dei cogitatio ; non tamen induci possum , ut credam ,
hunc determinate numerum fuisse ei à Deo revelatum , maxime , eo quod refe-
ratur , ut supra meminimus revelatum Sancte Maria de Pazzis , Christum à tri-
ginta paribus hominum fuisse flagellatum ; & cum de his altissimum sit Scrip-
tura silentium , Gleamus & nos ea , quæ Scriptura sic incerta reliquit .
100. In nonnullam pariter dubitationem venit , quod hic legitur , S. Joannem la-
crymas offerentem accessisse ad milites , enique rogasse eos , ut mitius cum

9.
Christo Domino agerent: Primo, quia hic supponitur S. Joannes corpore presentem fuisse flagellationi, & nihil ex factis litteris adduci potest, nec in SS. PP. reperio, ut plane ea de re dubium moveri possit. Scimus ex Mattheo cap. 26. v. 22, dicitur Apostolis Iesum: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte; scriptum est enim percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis, quod adimplatum fuisse conitat et v. 39. Tunc Discipuli omnes relitto eo fugerunt, omnes enim ignava, ac mundano timore capti, & in Fide Divinitatis Christi vacillantes, cum a militibus tarsi cum ad supplicium viderent, fugerunt, veriti, ne comprehendenderentur. Quare Propheta Regius Christum introducit loquenter Psalm. 68 v. 25. Et Iustus qui fons tuus constituerat, & non fuit, & qui consolaretur, & non intenui. Et Psalm. 141. v. 3. Considerabam ad dexteram, & redibam, & non erat, qui cognosceret me: Si ergo notant Evangelistæ Discipulorum fugam, quod Petrus sequebatur cum a longe, quod introductus est in aulam Principis Sacerdotum, precidus illius Discipuli, qui notus erat Pontifici, ut habetur ex illo Joan. 18. v. 15. Sequebatur, autem Iohannes Simus Petrus, & alii Discipuli. Discipulus ille erat natus Pontifici, & introiit cum Iesu in atrium Pontificis, quem Discipulum esse Iohannem autumant D. Cliv. fest. in Matcha. Homil. 66. & D. Hieronymus Epist. 16., quibus minime refutatur S. Augustinus tract. 123. in Ioh. dicens: Quisnam iste sit Discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur. Solet autem se idem Iohannes ita significare, & addere, quem diligebat Iesus. Fortassis ergo, & sic ipse est: Si, inquam, non tacuerunt Evangelistæ Petrum, & alium Discipulorum secutus fuisse Iesum, an ne tacuerint illi, quod præsens adficerit Iohannes flagellationi? Quare cum hujus in factis litteris, nec levis quidem umbra appareat, cum S. Augustino dicere non ambigimus, hoc non temere affirmandum, quia tacetur. Accedit, quod refert Ven. Mater Maria a Iesu de Agreda 2. p. lib. 6. cap. 20. Ceterum Domino ad locum flagellarum adducto, ad angulum quemdam atrii illius se recipit cum tribus Mariis, & Sancto Iohanne, quos tunc miseria sue socii habuit, prudentissima Virgo: atque ibi loco postea, omnia flagrorum verbera, ac tormenta, quibus Santissimas ejus Filias scipulaverunt, clarissima visione perspexit: et licebat quidem corporis oculo ea non fuisse intuita, nimirum illam latuit, band fecerat, ac sanguine coram conspectu: Si ergo revelatum fuit huic Ven. Servi Dei B. Virginem ad angulum quemdam atrii se receperit cum Iohanne, ex quo loco Christi flagellationem videte oculo corporeo minime poterat, idem existimare debemus de D. Iohanne. Quomodo ergo lacrymas offert, supplicabundus ad Milites accesserit, emixe rogans, & flagitans, ut mitius cum Christo agerent? An ne verisimile, quod Iohannes reliquisset vel modico tempore, Beatissimam Virginem solam, expositam scilicet ludibrio & insultibus furentium Iudeorum? Si Petrus, ob solam suspicionem quod Gallileus esset, insultarunt, quid Virginis Matri, lamentis se prodenti, facturos fuisse putamus, nisi Iohannis præsentia ei individuæ adhaerentes, fuisse protecta? Dicamus ergo aut Virginem atrium non intrasse, aut Iohannem, ne per momentum quidem, ab ea discessisse, id est, alterutram revelationem esse falsam, aut saltem legitime suspectam.

101. Rursus quo non simulationis artificio, si non modo sermone, sed etiam vultu Petrus fudit ad ignem cum ministris, dolorem premens, & simulans audaciam, ne suspicarentur, quod ille iestator & Discipulus Iesu esset, ut affirmant SS. PP. Non appropinquabat loco, ait D. Hieronymus, ubi Iesu erat, ne ministris suspicio aliqua susciretur: Cum introiisset Petrus, ait Cyrius Alexand. in Iesu. lib. II. cap. 42., ne magis vultus condolare capto videretur, ac ita expulsus, videret non posset que telleret, cum ministris se misceret, & quelli facientes, alto corde prement dolorem facere simular. Hisce artibus sibi præcavit Petrus, ne cuiquam in suspicionem veniret, sed ad Cliv. sodalitum ulio modo pertinere, sed credere omnes, vel easin illuc advenisse, aut animo sibi calefaciendi ad ignem. An ne ergo verisimile, quod Iohannes et rumpentibus lacrymis, dolori, quo amar cor eius compungebat locum daret, ut ex mesentia vultus, aut ex precibus, militibus seu tortigibus eisdem innotesceret, aut saltem suspicarentur isti, esse unum ex Discipulis, quos tam insanus Summi Pontificis furor, quam populus implacabili iracundia incitatus, detegere, & perdere quereret? Placet ut super hoc Scripturæ Sacre admirabile silentium venescerit.

102. Duo hic reponit perdoctus hujus revelationis vindex. Primo, quod scimus
 „ Deum obsequiis nostris non indigere, & tamen cum illa præstamus, acceptat.
 „ Scimus ope nostra non indigere illum, ut peccatores convertat, & tamen nos
 „ Deum, & ipsos peccatores, ut Deum ipsum non offendant, precamur. Ergo
 „ & potiori jure, id officii, & amoris sui erga Magistrum præstare poterat *Iohannes*,
 „ siquidem tunc *Christus* Dominus, et si Deus, erat tamen in derelictione
 „ sua, quæ in horto incepérat, sustinens servitutem ut homo, ut peccator,
 „ qui debita solveret, tandem, qui virtute Divinitatis sua non uti, ut pate-
 „ retur, decreverat. Secundo quia nihil reprehendi est a vera ratione alienum.
 „ Maxime cum humanus affectus naturaliter in has sui explications
 „ erumpat, quas non cohibere pium, & sanctum est, & propterea digna erant
 „ mitissimo *Ioanne*. Certè si quis nostrum, vel ipse Censor præsens esset, si
 „ militer abs dubio pro Domini obsequio, & reverentia rogaret. Ille, dicere-
 „ mus, ligatus est non funibus vestris, sed pietate in nos sua, atque sua voluntatis decre-
 „ to, at nos animum continere non possumus, ut proptera precemur vos, mitius ergo agite
 „ cum illo, qui vos non impedire decrevit. Hac ingeniosus vindex.

103. Sed tantum abest, ut ex eis aliquid contra dicta possit extundi, ut potius ma-
 xime confirmetur. Verissime dicitur, non egere Deum orationibus nostris,
 quas tamen libenter acceptet, cum docuerit nos, qualiter debeamus orare. At
 nullum hujus orationis reliquit exemplum, ut pro Deo homine fieret ab homi-
 nibus oratio: cum solum oraverit ille, non ut pro se obsecret, sed ut pro nobis
 impetrat. Verissimum insuper est, peti à se Deum velle, quæ potest etiam non
 orantibus dare; cuius præclarissimam rationem assignat *S. Augustinus de Dono*
Perseverantiae cap. 7. num. 18. dicens Propter quod, & posci à se voluit, ne inferamur
 in temptationem; quia et si non inferimur, nulla ab eo ratione descedimus. Quod poterat
 nobis, & non orantibus dari; sed oratione nostra nos voluit admoneri, a quo accipia-
 mus haec beneficia. A quo enim nisi ab illo acipimus, a quo iussum est, ut petamus?
 Prorsus in hac re non operofas disputationes expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas
 orationes suas, orat, ut increduli credant; Deus ergo converit ad fidem. Orat,
 ut credentes perseverent: Deus ergo dat perseverantiam usque in finem: At à vera ra-
 tione discedit, qui non Deo pro hominibus, sed pro vero Deo hominibus vehe-
 mentes preces effundit; ut ab eis accipiat, Deus, aliquam tormentorum, quæ
 voluntate, & non necessitate patitur, mitigationem; quo sane nihil indignius
 dici, aut commemorari potest. Non crederem in agnoscente *Christum* verum
 Deum, proprium amoris, & caritatis hoc esse officium. Pater omnipotens,
 vel ipse Christus erat orandus, qui pro supra potestate, de ipsis hominum vo-
 luntatibus, facit ipse quod vult; habens nedum humanorum cordium, quo vo-
 luerit, quando voluerit, & quomodo voluerit, inclinandorum omnipotentissi-
 mam potestatem; verum magis habens in potestate sua siveuentium voluntates,
 quam ipsi suas. Ad ipsum ergo *Ioannes* se convertere debuisset, ut vellet perse-
 cutorum savitiam mitigare. An non haec magis accepta Deo fuisset oratio?
 An non & ista summi amoris, & charitatis eximie manifestatio?

104. Enim verò argumentum fieri nequit ex puro homine, ad hominem Deum.
 Nullus sane videret purum hominem, quem præcipue innocentem crederet, sic
 excipi, sic tractari, sic invalidum, & infirmum crudeliter verberari, sine mi-
 serationis sensu; acerbe dolens, oraret etiam lictorem, ne ita crudeliter cum
 eo ageret: ad hunc modum misereri certe est naturæ inditum. At dicat, amabo,
 quæ unius cum altero comparatio? aut quod unius ad alterum argumentum con-
 stitui potest. Sciebat Discipulus ille, quem diligebat *Iesus*, quod patiens, erat
 verus Deus; quod nullam haberent lictores potestatem adversus *Christum*, nisi
 datum eis desuper esset; quod oportuerit eum non crui, non defendi, sed se-
 vientium manibus, & furori derelinqui; quod tradi Dominum, & sic crudeliter
 flagellari, tam fuit Paternæ, quam ipsius voluntatis; & tandem, quod perfectam
 obedientiam exhibeat Deo Patri, qui ad redimendum genus humanum præce-
 piuum mortis ei imposuerat. Quorsum ergo, aut quo respexisset asserta illa ef-
 ficax ad tortores oratio? Horruit profectò ille tormentorum *Christi* acerbitatem;
 nihilque illi ad dolorem acerbius accidere potuit. At vana, & inutilis erat direc-

Eta ad tortores deprecatio, ut ab eis peteret id, quod, stante infallibili voluntate Dei ipsi nota, sciebat non esse facturos. Ergo non res ista ex sensu carnis, & commiserationis humanae judicio estimari debet: sed ex Divinis Sapientiae regulis, & ex Decreto, & voluntate Dei? Nec est quod amori Iesu plus calum etiam, quam concedit veritas, largiamur.

§. X VI.

Circa Coronam Spineam,

Era esta Corona largo y recogida de lo alto para que cogiese toda la cabeza. Con gran crudeldad se la asentaron sobre su Santissima Cabeza, apretavano todo lo mejor que podian, para no ser ellos lastimados con las espinas, hozian fuerza con invenciones, apretandola con palos, unos por una parte, y otros por otra, hasta que llegaron a hacer asiento las espinas, unas faltan por la frente abajo, hasta los Cejas, otras por los sienes, y algunas se quedavan enciavadas, como topavan en el bueño se quebraban con la fuerza que bacian aquellos perverosi.

P. I. lib. 2. cap. 18. sequentia narrat.

Era questa Corona lunga, e chiusa per la parte di sopra, acciò pigliasse tutto il Capo. Con gran crudeltà la posero sopra la sua Santissima testa, e la calcavano più che potevano, e per non fare alcun danno à se medesimi con le spine, facevano forza, con invenzioni, calzandola con bastoni; altri da una parte, ed altri dall'altra, sino a tanto che arrivavano a penetrar le spine, delle quali alcune uscivano all'inghi fino alle ciglia, e altre per le tempia, ed alcune rimanevano inchiodate, ed altri incontrandosi con l'osso si rompevano con la forza, che facevano quei perverosi.

sos. S i verba versionis Italicae cum phrasim Hispanica compararentur, vix illa in verbis Italicis repperitur immutatio. Sic namque in textu Hispanico legitur: *Ancha, y recogida de lo alto, para que cogiese toda la cabeza: quibus satis exprimitur, quod non utcomque ex parte superiori corona erat contracta, sed cum in modum, quo totum caput regere, & tangere, quod facti non poterat, nisi perfecte fuisset ad modum pilei clausa, ne pars aliqua capitis indemnus evaderet. Sed totum caput, occiput, sinciput, vertex, & frons spinis transfigerentur. Quare his terminis exprimitur sphaerica corona: & non circularis, de quibus duobus coronae speciebus loquuntur Auctores agentes de forma coronae Domini. Coronam ergo illam Christi Domino impositam, non solum caput per tempora, sed & totum insuper caput usque ad verticem comprehendisse, plium dixi utpote pie, & devote excogitatum a nonnullis, quos citat laudatus Mag. num. 81. At cum nihil aliud affirmare possim nisi sententiam & opinionem meam, pace dicam hujus eximi vieti, minime credere possum hoc fuisse Ven. Servi Dei revelatum, cum oppositum probabilius rationi, & apertius sit. Fuit namque corona Christi Domino imposta ad modum corona, qua imponebatur victoribus, nempe in circuli formam, ut coronam gestans spineam, ad aspectum talis iudicabii, magis esset illusio populi: quare in festo corona Domini, corona diadema dicitur: *Per diademum spicatum vita coronam conservat, & diadema caput solum per tempora circumdat.* Huic sententiae adstipulatur P. Suarez 3. p. Disp. 35. Sect. 3. his verbis: *Omnes ratione intelligent, illam coronam frusti interregnam ac circularem, qua exponit iustus regis totum unicum caput Salvatoris amitteret.* Sed audiendus inter omnes*

25

nes eruditissimus *Interitus*, qui maxima, qua pollet eruditio in rebus illis idem facit. Sic ille lib. 3. cap. 15. num. 10. „ Circa formam vero ipsius coronae sunt, qui dicant (*Cornelii Jansenii* in concord. *Evang.* cap. 14. vide *Past.* pag. 536.) impositam Christo in gale modum, ita ut fuerit noua circularis tantum, sed sphaerica, neque solum caput per tempora undique circumdederit, sed totum insuper usque ad verticem ipsum obteneret. Nam hoc fortasse: neque enim de hoc disputamus, autullo modo controvertimus: sed (quod pace, ita imaginantium dictum sit) parum solidum assertum fundamento. Etenim praterquam quod corona omnes, quibus vicitores, & qui proclaram aliquam operam Recipib. navaverant, a Romanis, aliisque donabantur, formata non erat in modum gale, sed tanrum in circuli modum caput ambientis, sive illis ex gramine, ex lauro, ex olea, aliisve hujusmodi conficerentur, de quo argumento plura sunt apud *Lippium de Mitis Romana* præter hoc, inquam, quis nesciat coronam Christi Domino per Iudicium impositam, non solum his, quas memoravimus, sed præcipue illis, quibus utebantur Reges, vocabanturque passim Diadema, fuisse simillimam? Adeo certum videtur hoc, ut, quisquis auctor fuerit ejus hymni, qui in solemnitate coronæ Domini communiter canitur, habeantur illa:

*Causa spinarum aculeorum
Christus pro nobis pertulit,
Per diadema spinatum
Vita coronam cecinit,*

„ Diadema autem, vel pueris ipius notum est, fuisse albam teniam, sive vitam, tempora rotundum caput Regis ambientem, stringenteque. Qua ratione Silius Italicus cecinit non ineleganter.

*Vitrumque majorum.
Diversum frons sine albo
Dilecta ostia modice tempora Regit.*

Quod & pluribus alia videtur firmat. En quidem hoc Huberti potest ut pium, sed parum solidum assertum fundamento. Si ergo opinio ita parum solidum nititur fundamento, nemo prudenter potest contendere, aut aseverare vere fuisse a Deo revelatam. Perlegantur ea, que supra diximus hac secunda dissertatione num. 3.

106. Quantum ad secundum, quod hic assertur, idem esto iudicium. Et quidem quod milites spinarum coronam capiti Christi Domini palis infingerent, hoc nesciunt ex testibus Evangelicis, aliisque antiquitatis monumentis non comprobatur, verum minus conforme videtur Scriptura Matthæi cap. 27. v. 10. asserti: *Et caput eius in eam accepit ac arandis, & percussit eum post eum: nempe a manu Christi eam tenetem, ut textum exponit Mag. Fr. Emmanuel ab Incarnatione his verbis: Et percussit caput eius, crebris acutis iherib. nam tam anima malestans (christus est enim ornatissimus percussio) quatuor undevicti, non quindecimque, sed ut ait D. Thomas aquilonem iherib: qui scilicet fatus erat adffligeret ad Regem. bene passus, intermixtus, & oīs. Itaque loco ejus, quod Rex consuevit supplices sceptro tangere in signum favoris, & clementie, prout colligitur Ejusdem 4. v. 11. ipsi sceptro e manu hujus Regis accepto, verberabant ipsummet Regem, tanquam non Regem, sed morionem, ambitam Regis dignitatem in caput ejus retorquentes. Quod firmat auctoritate *Circei* dicens: Non membrum unum, sed universum corpus atroces has injurias patiebatur: caput corona, calamo, pugnis, facies spulis &c. Hoc tamen pie credibile dixi: ductus solum auctoritate D. Bonaventura, quem unicum id pie mediantem reperi in meditatione *Passionis*: Statim ex his fratribus quoddam in formam corona conficitur, quod se spinis condensum eterrando insperitus capiti, utque tenaciter configatur, fastidiosus evanescatur, ac baculis. At non ex hoc, quod hoc sit pie excoquatum, ab aliquo credi debet id revera fuisse supernaturaliter revelatum. Logesis, que dixi hac Diff. 2. num. 3., & 4.*

107. Non enim sequentia, que hic referuntur dubitatione carent, an fuerint vere a Deo Ven. Servi Dei revelata, vel potius ab aliis accepta? Quod profunde calmina spinarum sanctissimum Christi caput intrarint, quod & duriter tenuem

carnis ejus pelleum cum osibus, & nervis laferint. Quod venerandum ejus caput tot aculeis confixum, & incredibili etiam dolore vexatum fuerit, ut ipse in doloribus, gestans coronam spineam, nos a doloribus liberaret, hoc totum habemus ex sacris Litteris, & PP. Hinc ille in figura sponsi adumbratus inquit Cant. 5. v. 2.: *Aperi mihi portas meas, amica mea, columba mea, immaculata mea;* quia caput meum plenum est rora, quea verba caponens doctissimus Sorbonicus, inquit, quia caput meum plenum est sanguine, quatenus fuit spinis acutissimis coronatus. At quales fuerint spinae istae, non omnium una est vox, & sententia. Pleisque volunt fuisse juncos marinos, adeo aculeis pungentes, ut si quis super eos calceatus incedat, ipsos quoque calceos transfigere valent. Unde ad illud Iosue. 19. v. 5. *Exiit ergo iudeus portans spinam coronam,* legunt *Juvencus*, aut *papyrus*. Sic S. Augustinus Dialogo de Psalmo. *Hec corona non fuit de spina, sed de juncis marinis,* qui habent acutiores aciebus, quam vera spina. Guillelmus Durant, in ratiocinali divini officii, Cornelius a Lapide, Tidetar, Perreries, necnon & alii. Dispicet opinio illa Cardinali Baronio afferenti: *nullatenus audierat puto, qui ex junco marino Domini contestant coronam fuisse dixerit.* Ejusdem sententiae est Delrio lect. 6. de Psalmo. Eo quod junci, cum unam tantum habeant cuspidem, parum idonei videntur coronae plectenda, quam multis enim juncis opus fuisset, ut eorum cuspides caput undique cingentent. Huic rationi addit oculorum testimonium, dicens, se lustrasse non seleni magnam illam coronae partem, que Parisis in sancto facello asservatur: vidisse praeterea Legione Civitate Hispanie, & in Monasterio de spina, & Lovani. & alibi coronae spinas varias, nullamque earum quidquam cum junco communis habere, sed omnes rhamnum, vel plurimum ostendare: Parisiensemque uni ramo plures spinas in latere coherentes habere, quod a junco procul est alienum. Barradas tom. 4. lib. 7. cap. . utrumque amplectitur, dicens, coronam Dominicam ex juncis marinis fuisse contextam, non solis, sed permixtis, ideoque potuisse caput cingere: neque videri in multis coronae partibus, quia cum sint duriores, & maiores, per se asservantur aliis locis. Nihil ergo certum haberi potest de hoc, inquit Calmet in Iosue. cap. 19. v. 2. Interpretari operam ludunt, querentes ejus gentis iesent spinae, ex quibus Salvatoris corona compasta fuit, alii eccestatibus, illam ex nigra spina, alii ex spina alba, his ex pruno, illis ex junco marino spinis boranti foissi constructionis. Thomas Bartholinus hypomn. 5. de corona Christi spinea haec de re dissertationis quadam evicinavit, quam unde, si libet curiositatem explore: castum hoc in tribus certum alicubi intesern. Si ergo nullum haberi potest argumentum de qualitate spinarum, ex quibus coexta fuit corona, nec constant in opinione hominum potest esse, quantus fuerit cruciatus spinarum, & quoniamque punctum speciosum ejus caput fuerit compunctum, & divulnatum: ex quo, & dubia redditur veritas hujus revelationis, num vere ex Deo fuerit, an potius sit pie excogitatum, quod referunt per ipsam: an omnia ista sunt peracta, sicut describit presens revelatio, an vero sint pie excogitata.

108. Enim vero. Dum assertit illa sibi fuisse revelatum, quod spinae sacratissimum Christi caput penetrarint, quod ex his aliis usque ad supercilia, & tempora pervenerunt, quod alia infixa manserint, & alia vi tortorum rupta, ex quo in ossa offendenter: rogo an Christi, prout hic describitur aculeos spinarum usque ad sanguinis effusionem sustinens, his spinatum aculeis perforatum fuit cranium vel non? Si primum incredibile hoc propugnat P. Suarez tom. 2. in 3. p. 9. 46. art. 2. Disp. 35. fest. 3., quem sequitur siepe laudes Ieronimae lib. 3. cap. 15. num. 9. His ita gestis, inquit ille, plectentes, ait Evangelista, coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Que furent hujusmodi spinae, sane grandes, atque peracutæ, & quibus milites coronam plexuerunt, ut venerando imponerent capiti, varie ab interpretibus discutitur, aliis affirmantibus fuisse ex marinis juncis, qui oblongas, & acutæ spinas habent duriores terrestribus, & ita precipue censem illi, qui putant spinas coronæ, non tantum pellem, carnemque Christi sacratissimam perforasse, sed cranium ipsum: quod minime tamen credibile videtur viro certe pio, in primisque docto, & eruditio P. Suarez. Alius vero afferentibus fuisse

„ frusse ex illis, quae innasci in arbore appellata thymno, que in Syria locis
 „ crescit fortior, & frequenter. Hoc secundum videtur mihi verisimilium,
 „ qui sentio cum laudato nuper auctore, spinas illas pelleam, que non debilis
 „ est in capite) carnemque in super Christi perforavisse, immo. & quodammodo
 „ lacerasse, ut loquitur Tertullianus, severus admodum auctor, & qui non le-
 „ viter loqui solet, non tamen os illud, quam calvariam appellamus, aut
 „ cranium: etenim praterquamquod cuspides, que cranium penetrassent non
 „ poterant non inferte vulnera lethalia, que certe Pilatus conatus Christum Do-
 „ minum crepere a morte, non solum non justissem (quod enim non justit longe
 „ videtur verosimilium) sed neque fieri permissem, in quod tamen inclinant
 „ Ecclesie Patres Augustinus tract. 36. in Ioh. Chrysost. hom. 83. in Ioh. Leo Papa
 „ Sec. 10. de Pst. Domini. Propter hanc inquam, que, atnabo, spinæ essent, que
 „ tantum habent penitabilitatem, atque duritatem, nullæ essent, non dico
 „ marine, sed ferreae. Si dicatur secundum, minime hac revelatione inten-
 „ di cranium fuisse perforatum, ut ex formalissimis verbis, quibus concepta est
 „ revelatio, nobis persuadere contendit vindicta revelationis, refutat veritati hu-
 „ jus revelationis, revelatio alia, eodem fere tempore, ut superiorius observavi, facta
 „ Ven. Matris Sot. Marie a Iesu de Agreda, cui revelatum fuit, ut testatur ipsa,
 „ spinas cranium perforasse. Sic illa p. 2. lib. 6. cap. 20. num. 1344. his verbis:
*Quapropter amabilissimum Iesum reparatores nostras sine mora in Praeterea addi-
 thom, novaque iterum humanitate, ac insolentia regibus exactam viliissima qualiter
 arrivita, ac fideles pauperae lacrima regibus, ut tanquam Rex servorum omnium la-
 risum, de fons lacrimarum detur. Nequale rabiē acti, etiam sacrae copiae impensis fortunæ et
 horridis spinis contumeliam, quæ caro a deo efficit. Erat autem contumeliam iste ex fons
 spinis, accedit oblongis, acutis, & praecantis aspergimus, quem deo tunc aridum capiti ap-
 propriarent, ut scindere manicas, perfundere Regis inde cranio, usque ad aures, & scindere
 prætestit.*

109 En ergo duas revelationes eodem fere tempore, ut supra notavi, a Deo
 factis, quorum una necessario debet esse falsa, cum locutio Dei, sine per se
 ipsum, sine per ministrum debet esse essentialiter vera cum omnimoda repu-
 guantia latitudo. Vel enim Deus, dum loquitur per alium, loquitur per alium
 moxnam, id est dicens ei immediatè, quod nomine Dei dicturus est, vel
 loquitur per ministrum, tanquam per instrumentum pure physicum: si hoc secundum,
 tuus Deus es, qui loquitur immediatè per se ipsum. Si primaria:
 Ergo si per Ministrum loquitur falsum, etiam loquitur falsum per se ipsum.
 Hoc cum impossibile sit, dicendum, quod ex illis revera Dei locutio non
 est, licet ut talis estimata sit, proponens, ut revelationem a Deo, quod revera
 revelationem non est. Falso quod onus satis dubium est, an subtile illud, &
 solidum junctorum omnium cranium penetraverit? Affirmat D. Bonaventura in
*M. de Pst. Iustitia spissatissima, usque ad cerebrem penetrans. D. La-
 rentius Iustitiae de Triumphi Christi agere cap. 12. Spinorum punctiones cerebrum
 perforant. Alii negant. Tertullianus de Corona Domini. Christi tempora conci-
 uerunt invicem quidam culmine spinas, sed novaram passaram ardore suffici-
 erunt amant. D. Petrus Damascenus de Exalt. S. Crucis. Divinam illam caput multiplici
 spinorum insidante perforatum, usque ad cerebri tenuitatem confusum est, dum
 confunditur spina. At licet homines, etiæ sanctissimi, aliquid sic opinari possunt,
 quod certissimis monumentis nesciunt, minimè tamen Deus opposita loqui
 potest, qui nec fallere, nec falli potest, ut disertè proouintiat S. Augustinus
 lib. 1. de Symbolo in principio: Deus omnipotens est, non a se potest, falli non
 potest; nam si mori potest, non esset omnipotens: si nesciri, si fallere, si falli potest, non est
 omnipotens.*

110 Sed quidquid sit de hoc, in suspicionem revocari debet revelatio ista ex illo
 certissimo Gersonis principio, flattentis lib. de prob. Spiritus sequentia: *experi-
 derandam est, an quod revelatum fuit, id humanæ intelligentia posuerit usque, Sed
 totum, quod in hac parte revelationis revelatum dicitur apertissimum est in
 libris agentibus de Corona Domini, unum referam Thomam & Kempem de Pst.
 Corij: Alio domino Dei, quoniam profundi culmina spinarum sanctissimum caput*

*taum iestrarunt ! quia diviter tenitus erat tua pellis ; tamen offiserat , & nervis la-
serant ! Ergo suspecta debet esse revelatio , ut super vacua , & minime necessaria : si ne intelligenda sit , quod spinæ cranium Salvatoris penetraverint .*

Vi por una parte de la calle algo lejos, venir a la angustiadísima Virgen María Madre de Dios. Traía delante de si una calle de Angelos, y a la redonda de su cuerpo, que venían acompañandola, y haciendo lugar, para que no fuese tocada de gente tan mala.

In eadem pag. aliam visionem refert.
Viddi per una parte della strada
alquanto da lontano venire l'afflit-
tissima Maria Madre di Dio; por-
tava avanti di se una strada d'An-
geli, che l'accompagnavano, fa-
cendo luogo; accid non fosse toc-
cata da gente si perversa.

111. Hic affirmat V. Serva Dei, se vidisse Sacratissimam Virginem Mariam magno Angelorum comitatu, e domo Pilati descendente, dulcissimum Filium suum Iesum jugiter in omnibus, quæ usque ad Calvarium supererant, insecuritatem, ne, ubi tam magna erat plebis confluentis compresio, Sacratissima Virgo a perversis hominibus tangeretur. Suspecta nimis mihi fuit visio illa. Ad quid enim in caso isto illa Angelorum multitudo? Non, ut honori Marie essent, cum non in triumpho duceretur Sacratissima Virgo: invisibilisque erant Angeli isti. Non ut sub illorum esset tutela, & custodia, & ne quis eam in via extremis digitis attingeret; cum ad hoc Angelus cibos vel alter, satis superque esset, ut in medio eorum procedens, a nullo tangeretur. Angelum custodem dixi, ne ad questionem descendenter de numero Angelorum qui Sacratissime Virginis fungunt deputati ad custodiæ: id quippe in præsenti disputare à proposito alienissimum est; cum ad argumentum unus ex illis sufficiat vel omnes qui ei fuerunt destinati. Quorū ergo illa innumera Angelorum multitudo? Hoc observatio dignum mihi visum fuit: maxime cum legisem, ut mea mihi suggerebat memoria, apud Mag. Gravessinæ tom. 8. Historia Ecclesiastice Colloquio 3. in fine qualiter Parisiensis Universitas visionem similem censorio stigmate confixit. Sic ille rem refert: *Alla censura perstinxit eadem Parisiensis facultas anno MDCXCVII. quando librum, ejus Authoris nomine parvo, in quo vox, & hancius inaudita jactabantur revelationes, quas non recipit Ecclesia. Scripture Sacre ad sensum improprium detorquendæ, & multa fluperda abtrahenda videbantur, ac prodigia, inter quæ hoc unum præ ceteris aliis, etiam legitime adhuc meminit, quod, videbatur Beataissima Virga Maria, portare mata est ab Angelis facit exhortata, & alii cum celebri pompa, ac solenni Angelorum comitatu in Cœlum etiam cum corpore translatæ, ex patria in Altissimum roroscere: quid insuper. Sacraissimum Virginem Mariam nulli Angeli semper preparant in terris, itant vnguenti Angeli, centum videbant ex uniuerso ordine, ad ejus custodiæ essent destinati, duodecim Angeli in corporali formâ semper ei ministriarent; septuaginta Seraphini ad colloquia assignati jugiter, assisterent, ceteri vero Angeli ad Legationes, sive ordinariæ, sive extraordinariæ contineo prelio essent. Profecte triges Reuelationibus opus non habet Ecclesia, nec ille futili predigiis indiget Beatissima Virgo Maria: quæ munigena ecclesiasticæ donorum copia abunde exornata, innuerit, ac veris emulatior bonis libri. Hinc merito calpari debent illi Scriptores, qui, sive describendo vitas Sanctorum sive Christi Domini, ejusq[ue] Virginis Matris texendo Historiam novas, sed fictas reuelationes publicarunt, commenta, & fabulas inferuerunt, & insolita prodigia exigitarunt, quæ sua noicitate simplicium animos allucere posseant. Grandi illud malam, pietati, ac Religioni exitiale, obseruant factum sui avi censor, ac doctissimus scriptor uester, Melchior Canut. idemque depellit vehementer optavit lib. XI. de locis Theologicis Cap. VI. ubi huc habet. Nee Sancta Virginis, nec Christo Domino huminum impudentia pepercit, quin, quod in aliis Divis (seu in vitis Sanctorum) factaverit, idem quoque in Christi, & Matris ejus historia scribenda ficeret, & pro humani ingens levitate, multa tanta, & ridicula comminisceretur.*

112. Duo hic eruditæ, pie, ac religiose nobis objicit vindœx revelationis. „ Pri-
mo. Unus quidem Angelus ad incedam Sacratissimam Virginem fatis fuisse.
„ non.

„ non dubitamus , cum ad percutiendum in casis Affiorum centum octoginta quinque milia hominum unus sufficerit . 4. Reg. 19. Nihilominus , etiū unum sat cīc Angelum , ad ministrandum Domino post jejunium , mittere , plures Pater mittere decrevit : Ecce Angeli accesserunt , & ministrabant ei . Matth. 4. 11. Non haec ad indigentiam pertinent , sed ad obsequium , atque ad personā dignitatem . Quamobrem ipse Dominus suam Petrum commemorans : Asperges , inquit , quia non possum rogare Patrem meum , & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legioset Angelorum ? Matth. 26. 53. : Unus si subveniret , sufficeret ; sed plures congruebant maiestati . Afferit e. num. 86. : Satis enim mihi , si consideremus , Seminam illam Sanctissimam matris Dei omni tempore dignitate fulgentem . Nam qui Dei genitricem dicit , & intelligit , omnium Angelorum obsequia parum ducit . Invisibiles illi hominibus erant , quia tuoc maxime : Oenam gloria ejus Fille Regis ab iectu . Pst. 44. Nunquam tamen defuit invisibilis honor invisibili maiestati . Nec cogitandum puto , Angelorum Domini nam , solum cum triumphans penetravit Ccelos , ab Angelorum multitudine obsequiosissime habitam fuisse , & obsecundatam longe enim liberalior cum illa fuit divina munificentia , quam possit esse humana cogitatio .


113. Hec sane sunt pie , ac religiose exigitata . Dignam fuisse , & esse Sacratissimam Virginem , quod ei occurrant Angeli omnes , quod cam sincipiant , venerentur , & colant , utpote que omnem Angelicam superat dignitatem : quis adeo insana mentis , qui hoc in controversiam trahere possit ? At quod Sacratissima Virgo dum corpore peregrinabatur in terris illo innumerabili , atque invisibili supernorum Civium vallata præsidio incederet , nusquam legere contigit , meritoque ut apochryphum habeti debet : cum hoc Angelorum obsequium , nusquam nobis Deus notum fecerit . Scimus ex sacris Litteris ad Beatam Virginem in Civitatem Nazareth a Deo missum esse Angelum , qui insolito fulgore vestitus in humana specie descendit ad Virginem , quam tanquam Dominam suam , honore dignissimam , ac a Deo singulariter electam , atque dilectam salutavit . Scimus inluper , quod ubi virginem eius corpus et aqua jacens dormitionem accepit , harmonia coelesti , siveque Angelorum concentu honorabiles ejus faciunt celebratae ezequiae . Quod totus etiam , ut creditur , dum assumpta est in celum festivus Angelorum , Archangelorum , exterarumque virtutum Deo famulantium exercitus eidem occurrerit , negare nolim . At quod magna ista , quæ exprimitur , stipante Angelorum caterva incesserit in terris , hoc , iterum dico , ignotum hac usque fuit . Nec derogat excellentiae Sacratissime Virginis , si hoc ita factum fuisse negetur . Quis dignior illo magno comitatu Angelico quam Gloriosus Dominus ? Filius Altissimi , Deus de Deo , imago substantiae , glorie splendor , verbumque Dei incommutabiliter manens in Patre , qui ubi in tabulo nascitur . ibi fuerunt Angelices potestates , ibi erant millia millionum : exultavique tota illa multitudo coelestis exercitus resonans . Lœc 2. Gloria Deo in altissimis , & iste terra pas bennicii hanc voluntatis : & tamen dum assertur , ut legitur in libro de Infinita Salvatoris , & videre est Dissert. 1. sub num. 25. : Quod quarta nata pueraria , & angelorum satellitia stipata , oblatas fuit in templo : hoc ut apochryphum rejicitur : ergo nec derogat excellentiae Virginis , quod magno illo Angelico comitatu invisibili pœc othem stipata fuisse negetur .

114. Nec oppositum , sane evincitur ex adductis testimoniosis . Quid enim ex his colligant prorsus ignoro . Matthei cap. 4. dicitur , quod postquam vietus a Christo Domino , fugatusque Diabolus recessit : Ecce Angeli accesserunt , & ministrabant ei . Unus profecto ministrare poterat , tamen accesserunt plures : ut illius magnitudo , potestas , & imperium manifestaretur , respondet auctor operis imperfecti ad finem Homilie 5. : Tameu manifestum est . quod non propter necessitatem superioris ejus ei ministrabant , sed propter horum potestatis ejus : non enim dicitur , quod ederent eas , sed quod ministrarent . Idem sentit D. Argentinus lib. 9. de Civit. Dei cap. 21. Post illam vero tentacionem , cum Angelii , sicut scriptum est , ministrarent ei , locis utique , & sanctis , ac per hoc spiritibus immundis metuendi , & tremendi , mortificare sonocescerat . Daemonibus quantus esset , ut ei jubenti , quamvis in illo contemptibili videbatur carnis infirmitas , resistere nullus auderet : En cur non unus , sed plu-

res accesserunt, ut ministrarent ei, ut sic innoteferet Demonibus quantus esset, per quedam temporalis sue virtutis effecta signa, que Angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitati hominum possent esse conspicua.

D. Gregorius in Homil. 25. Ex his autem unius persuec utroque natura offendit, quia & homo est, quem Diabolus tentat, & idem ipse Deus est, qui ab Angelis tentatur.

115. Iocem plane fenus est alterius testimonii Matthaei cap. 26. v. 53. : *An putas, quia non possum rogar patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim Legiones Angelorum?* Unus quem ei mitteret auxilio sufficeret, & tamen non unum se rogare posse ait Christus, sed duodecim Legiones Angelorum: quasi dicit, inquit Hieronymus: citatus a D. Thoma in catena autem: *Non in aliis duodecim Apostolos auxilio, etiamque omnes me defundant, quia possum habere duodecim Legiones Angelici exercitus.* Vei ut ait Origenes tract. 35. *Non autem, quasi indegeni auxilio Angelorum hoc diceras, sed secundum affirmationem Petri voluntis ei auxilium ferre.* Magis enim Angeli opus habent auxilio Unigeniti Fili Dei, quam ipse illorum. En qualiter, & suam omnipotentiam, & bonitatem ostendit, & in medio inimicorum in suam perniciem conjuratorum, tranquillitatem: quod ut hostium suorum eum comprehendere volentium confilia, & conatus impediret, non duodecim Apostolos, non duodecim Angelos dumtaxat, sed & duodecim Legiones Angelorum. Pater auxilio mitteret. At quæ, rogo, unius ad alterum consecutio? Quorum hic magnus Angelorum numerus Mariam ambientium, omnemque viam occupantium, ne quis eam tangerebat? Non profecto, ut in hoc laetulo spectaculo ostenderetur Mariae maiestas, & potestas: ergo solum quia sic ad ejus maiorem gloriam cedit. At, non est nostrum investigare qualis comitatus ad maiorem maris Dei gloriam cedat. Si rem pia aliquorum SS. cogitatione meriti vellemus, non quot huc dicuntur, sed innumerabiles essent ad ejus tutelam destinati. Sic S. Bernardus in serm. qui inscribitur laus Mariae. In circuitu (Mariae) inquit, acti validi, spiritualium virtutum suo se invicem ordine tuentium, sed & innumerabiles Sanctissima spirituum militem delegatum, nullatenus ambigimus, ut custodient leviat Salomonis gratissimum, ac providerent, ne preparatum atrox Regi Hispaniam alienas hospes invadoret. S. Bernardinus Sermoni serm. 51. art. 3, tom. 2. adfuit Virgini, inquit, *Angelorum præcello: affidebat enim illi innumerabiles multitudinem Angelorum. Pie etenim credo, quod plurimas habuit Legiones Angelorum ad custodiandum suum, cum & Elysium, ut legitur q. Reg. 6. Angelorum multitudinem habuit ad sui descendentes. In maiorem ergo gloriam Sacratissima Virginis cederet, si sufficient tot Angelorum Legiones, si & ipsi vilibiles incessissent. Quod si ita fuit, necesse est, falso esse revelationem minorem designantem numerum Angelorum, qui viam prepararent, ne Maria tangerebatur ab hominibus impiis. Quia honor, quid gloria Virginis posueret, uox eius dulcissimus Filius, nostrum est hanc investigare procul abiecatis religiosis commentis, que in suspicionem merito re, vocantur.*



§. XVII.

De voto Castitatis ab Apostolis emisso.

*De aqua passò mi alma a la virtud
de la castidad. Y dixome : Esta
guardo con gran pureza , de la
qual hize voto : como los demas
Apostoles , y guardo siempre .*

*Factam fuisse Castitatis votum ab Apo-
stolis omnibus . Sanctumque Pau-
lum sibi loquentem inducit p. 2 lib. 3.
cap. 2. pag. 1072. dicem : Da quid
passò l'anima mia alla virtù della
Castità , e mi disse , questa con-
servai con gran pureza , della qua-
le feci anche voto come gli altri
Apostoli , e sempre mantenni .*

116. **H**ic refert Ven. Serva Dei , qualiter eam affatus est *Paxlatus* , docens emis-
sum ab ipso , sicut à ceteris Apostolis , fuisse castitatis votum , *della qua-*
*le feci anche voto , come gli altri Apostoli , & quod fidem Deo promissam servaver-
it , è sempre mantenni . Non certe dubitare fas est circa hanc secundam revela-
tionis partem , cum nec revelatione opus sit , ut sciamus D. Paulum semper in-
perpetua castitate vixisse , quam rem egregie commendant Patres : *Tertullianus* lib. 1. *Ad uxorem*; *Theodoretus* in hunc locum: *S. Epiphanius Hæreti.* 58. *Hieronymus* lib. 1. de *Custodia Virginitatis*, *Cyrusfovent Homil.* 19. *Augustinus* lib. de
gratia , & lib. arbit. cap. 4. At cum primum peculiarem habeat difficultatem , pe-
culiariter quoque venit examinandum . Incertum quippe , dubiumque satis esse
hoc ab Apostolis omnium castitatis votum non dubitaverim affirmare ; non eo
momento , quod temporibus illis ignotum fuerit Iudeis votum , ut autemant
aliqui , cum vota approbasse Apostolos , tanquam utilia , evidens sit ex facris Litteris . Sic *Actuum* 18. v. 18. legitur , quod *Paulus* habuit comites *Priscillam* , & *Aqui-
lam* , qui sibi , cum haberet votum , totonderat caput : *Paulus* vero cum adhuc fa-
stiuisset dicti mulcos , fratrem valefaciens , salvagavit in *Syriam* , (& cum ex *Pris-
cilia* , et *Aquila*) qui sibi totuderat in *Cœnbris* caput ; babebat enim votum . Etiam
Actuum 21. *Jacobi* ad *Paulum* ait . *Sunt uobis viri quatuor votum habentes super se .*
His assumptis sanctifica te cum illis . Actuum 24. *Paulus* de se inquit v. 17. *Post annos
autem plures elemosynas facturus in gentem meam veni , et oblationes , et vota .* Me-
ergo solum scrupulus , & quidem non levis pungit , ex eo , quod ex saeculis Litteris ,
priorumque seculorum Patribus nihil ea de re colligere licet ; & quae denum
producentur , hinc inde momenta rationum , cum ex congruis solum petantur ,
nihil certum probant , aut evincunt , rem hanc propter esse objectum revela-
tionis Divinæ .*

117. Quod Apostoli omnes assumpti in Apostolatum , alii Virginitatem coluerint ,
alii continentiam , abdicatis uxoriis professi sint , expresse affirmat D. Hiero-
nymus lib. 1. in *Jovinianum* : *Petri* , & ceteri Apostoli , ut ei ex superficio interius
cuncedam , habuerunt quidem uxores , sed quasi tempore acceperant , quo *Evangelium*
neficiabant , qui assumpti postea in *Apostolatum* reliquerunt officium consolare ; ex quo
remanerunt plures , habentes uxores , tanquam non habentes , libidini , & opere
carnali minime servientes , ut affectum omnem divino servitio , aternaque sa-
luti procurande serio impenderent . Hoc firmat , & munit texus ille *Matthæi* 19.
Ecce uis relinquimus omnia , & jecisti sumuerte . Quod magis explicans *Chrysitus* dixit
v. 29. *Omnis qui reliquerit domum , vel fratrem , aut sororem , aut Patrem , aut Matrem ,
aut uxorm , aut filios proprios nomen meum centuplum accipet , & vitam aeternam
possidet .* Quibus verbis , tendenti ad perfectionem continentiam suadet , dum
centuplum ei pollicetur . Etiam ipsemet *Paulus* se a conjugii vineulo , & opere
liberum dixit Epist. 1. ad Corinth. cap. 7. v. 7. *Volo enim omnes vos esse , sicut me ipsum .*
Et mirum protectio , quod ubi ad ea , que potiora sunt eligenda se ipsum exemplar
po-

102 ponit, optans singulos, si fieri posset, spectatis rerum circumstantiis, perpetuam castitatem servare, factum castitatis votum, quod longe excellentius, silentio omiserit? Quod ubi castitatis sue thesaurum coactus est Corinthiis revelare, votum eisdem castitatis siluerit, reservans illud, ad Servam Dei loquens, notum facere? ergo cum de hoc Apostolorum castitatis voto altissimum sit apud Patres silentium; quod illud emiserint, quid potius novum, & de novo excogitatum judicari debet, aut probabiliter deductum ex illo Petri, ex persona Apostolorum ad Dominum, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: cui Dominus respondit: Amen dico vobis: quoniam nemo est, qui dimiserit dominum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios... . qui non recipiat multo plura in seculo isto, & in seculo futuro vitam eternam.* En ergo Apostolorum, tempore Apostolatus, continentiae efficax argumentum, & quod perpetuam castitatem servaverint: cum haec vita ratio, sit per se excellentior, Apostolorum officio maximè conveniens; tum & propter exemplum; prædicatur enim erant hominibus virginitatis consilium, ad quam amplectendam aliis exemplo suo promovere oportebat. At nihil, nec ex hoc testimonio, nec ex Patribus de voto castitatis emissio colligere licet; ex quo maxime in suspicionem venit revelatio:

113. Rursus dubiam satis facit revelationem hanc, quod ibi legitur, dixisse Paulum, se voto ad observantium castitatis obstrictum, sicut cæteri Apostoli, cum exploratissimum debeat esse, non idem votum castitatis potuisse ab illo fieri, sicut a cæteris Apostolis. Extra omnem quippe dubitationis aleam debet esse, Apostolos plures, prius quam ad Apostolatum vocarentur, conjugio fuisse copulatos. De D. Petro id aiserit Tertullianus de Monogamia cap. 8. Petrum solum invenio maritum per socrum, cæteros cum maritos non invenio, aut spadones intelligamus necesse est, aut continentes. Invenit utique Doctor iste eximiūs Petrum habuisse socrum, cum id testentur S. Matth. cap. 8. v. 14. S. Marcus 1. v. 30. S. Lucas 4. v. 38. proinde, & uxorem, ac probabiliter ex ea filios, inter quos Petronillam. Fuisse etiam Philippo uxorem & filios, asserit Clemens Alexand. lib. 3. Strom. pag. 448. Perrus enim, et Philippus filios preceperunt: Philippus autem filias quoque suas viris tradidit: quod & de aliis concedit Hieronymus supra laudatus lib. 1. adversus Jovinianum. Verum insuper est plures ex eis non fuisse maritos, sicut Joannes, & Paulus, qui ad extremum usque spiritum virginitatem servarunt: ergo non idem castitatis votum fecerunt omnes. Qui matrimoniali vinculo erant conjuncti, continentiam solum vovere potuerunt: virginitatem vero, qui a matrimonii lege erant soluti. Mirum profecto, cur de qualitate voti cuiusque Apostoli Paulus mentem Ven. nostræ non illuminaverit, ne de hoc suspicio, atque sollicito animo esset.

119. Urget nihilominus efficaciter contra dicta perdoctus vindex revelationis. Primo ex D. Thoma 22. q. 88. art. 4. sibi silentium illud in 3. argomento objiciente his verbis: *Apostolus dicit 1: Corintb. 4. Imitatores mei esote, sicut & ego Christi, sed non legitur neque Christum, neque Apostolos aliquid vovisse: ergo videtur, quod non expedit aliquid vovere.* Ecce argumentum, audiamus modo responsionis doctrinam, quantum ad Apostolos. *Apostoli autem, inquit, intelliguntur vovisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relixis omnibus fecuti sunt.* Quam rem, neque ipsos sacros Evangelistas silentio praeterisse, cum S. Doctore, dicemus, quippe apud illos legitur: *Ecce nos reliquimus omnia* Matth. 19. Votum castitatis evincit secundo ex eodem Angelico Magistro afferente 2.2. quest. 152. art. 3. ad 4. dicente. *Virginitas secundum quod est virtus, importat propositum votum firmatum, integratatis perpetuo servandæ.* Dicit enim Augustinus in lib. de Virginitate (cap. 8. in fine tomo 6.) quod per virginitatem integritas carnis, ipsi Creatori anima & carnis vovetur, consecratur, servatur. Ergo vel neganda est in Apostolis virginitas; quæ sit virtus, vel fateri tenemur virginitatem fuisse voto firmatam. Quis contendat eos tanta perfectione privare, per quos innotuit mundo Christiana perfectio? Immo quis eos privabit virtute virginitatis, sive conservatæ etiam in corpore, sive recuperatæ in animo, per quos hujus virtutis excellentia in Ecclesia cognoscitur?

120. Tertiam rationem assignat ex perfectionis statu. Ecquis nesciat, inquit ille, ad perfectionis statum pertinere consilia, potissimum illa evangelica, pauper-

tatis scilicet, castitatis, & obedientiae? Immo ei esse substantialia contra concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbum vita, per quae religiose vita proficiles ad perfectionem conari tenemur. Hac enim sunt, quae propter nos in religionis statu pro studio perfectionis vovemus: haec ergo etiam sunt, quae iuxta S. Thomam voverunt S. Apostoli hujus viae duces. Quare hoc votum docuit illos summus Magister. cum eisdem dixit. *Sant' Euanchi, qui se confiteruerunt propter Regnum Caelorum.* Matth. 19. 12. Nam ut bene argumentatur *Cornelius Lapius* in acta Apollolorum cap. 1. v. 3. *Castitatis haec non solum continentiam ab Ihsu conjugii, sed & ejus impietatem significat, non puroam, sed maledicentem, qua se per eum, per quod bona licite non potest nisi conjugia.* Quo etiam sensu locum illum intellexerat S. Epiphanius haec 58. laudatus a Bellar. lib. 2. de Monachis cap. 23. Icquis dubitet Apostolos, id est perfectionis culmina, fecisse, quod tantum perfectionis: ac tanti meriti docuerat eos dominus Magister?

221. Quartam rationem repetit ex auctoritate *Cornelii Lapii*, qui firmiter pugnat. Apostolos perfectam castitatem vovisse 1. ad Corinth. cap. 7. Et in epistola Pauli Apostoli, quam premisit commentarius in acta Apollolorum num. 65. ubi gravissime dixit: *Apostoli ergo fecerunt eum paupertatis: ut jam faciunt Religionem, aquae ac castitatis, & obedientie. Ipsorum fuerunt vita Religionis, & perfide astigmarum, parentes, & clavigi.* Quamobrem contra Ven. mulieris dicta vi caret argumentum ex silentio Patrum. & Thologorum, quasi apud illos nihil de voto castitatis Apollolorum legatur.

222. Gravia profecto sunt ista. & eruditissime objecta, at nullius negotii est, hisce adversae partis momentis satisfacere. Rem totam per partes aggredior. Et quidem primo, non ita breviter ex Angelici Praeceptoris mente res ista expediti potest. cum loco citato ex 2. 2. q. 88. art. 4. questionem non definiat Sanctissimus Doctor de voto castitatis. sed de voto paupertatis: *Apostoli autem intelliguntur eorum pertinencia ad perfectionis statum: attendatur jam limitatio diligenter: quando Christiani reliquias omnibus fecerunt sicut Dominum.* Videlicet, & brevius, loquens a solito de Apostolis, & laquenda de Christo pro sua Ecclesia: ut in 1. xxi: *Quibus verbis duo fatus aperte ostendit: primum, quod si negetur, quod Apostoli sequentes Christianum, ex voto reliquerint amnis. tunc vera est minor: Non legitur.* secundum apostoli Apostolos: Ita tamen quis brevius, prout in textu D. Thomas respondere velit, negetur minor loquendo de Apostolis absolute: hoc enim paupertatis votum legitur sive ut loquitur D. Thomas intelligitur, quando *Christiani reliquias omnibus requiri sunt.* Non ergo oraculum D. Thomas ad omnia vota ad statum perfectionis pertinencia, sed ad illum paupertatis est referendum.

223. Nihil magis probat testimonium adductum ex art. 3. q. 15. Nec enim is est hujus testimonii tensus, quod ut virginitas sit virtus continentiae, requiritur propositum voto firmatum: sed ut sit specialis virtus, nempe a castitate distincta. Mensem Angelici Magistri distinctius aperit Eminentiss. Cajetanus super hunc articulam, ubi ex doctrina ejusdem solutionis ad 3. sequentem difficultatem proponit. *Vtram virginitas nullo voto firmata sit virtus?* plurimisque adductis momentis pro parte negativa sic respondet. *Ad hoc breviter dicitur, quod, aut ratiōnes illas non militant contra doctrinam auctoritatis, contra quam inducentur, aut nihil valent.* Nam ex rationibus istis, aut intendit concludere, quod virginitas sine voto ejus ostendat: aut quod talis virginitas est certa specie distincta a castitate. Si primum non est contra auctoritatem: quoniam gratia omnes fatemur, virginitatis propositum ejus alicui castitatis. Si secundum, rationes nihil valent. Nam licet concludant, quod sine voto virginitas est sub temperantia, & alicui virtuosos, & ceteri, non tamen concludunt distinctionem specificam ejus a castitate. Et tamen auctoritas ponit, virginitatem non ad hoc, quod sit virtus, sed ad hoc, quod sit specialis contra castitatem certa distincta, exigere resolutionem est. Hac Eminentiss. Cajetanum, qui ut rem hanc plenius evincat, & explicet,

quens sibi proponit argumentum. Sed contra hanc authoris doctrinam, ergens magnum occurrit dubium, quoniam si firmitas voti exigitur ad constitendum virginitatem in esse virtutis specificè distincta a castitate, cum constet, quod votum est actus religionis, & trahat ad ipsum religionis speciem materiam supra quam cadit, virginitas firmata voto, erit quidem distincta specificè a castitate, quia erit religio, aut religionis pars: sed non erit distincta a castitate, ut una species temperantiae distinguitur ab alia temperantia specie. Diversorum siquidem generum, & non subalternatim posteriorum diversæ sunt specie differentiae, ut in prædicamentis dicitur. Cui sequentibus disertissimis verbis respondeat. Ad hoc dicitur, quod sicut adulterium ponitur species luxuria, & tamen non per differentiam per se intemperantia, seu luxuria, distinguitur a speciebus luxuria, sed per differentiam per se iniquitatis, ut inferior patet, ita virginitas ponitur species temperantiae, & tamen non per differentiam per se temperantiae, sed per religionis differentiam distinguitur ab aliis temperantiae speciebus. Est autem utrobique eadem ratio, scilicet, quia materia ibi est luxuria, hic temperantia. Et quod plus urget, quia sic locuti sunt, non solum populi ratione materia, sed prisci Patres, ob quorum venerationem decuit auctorem, decet & omnes moralia docentes, sapere ad sobrietatem, & species temperantiae, & luxuria appellare etiam ex non per se illius generis differentiis. Unde & auctor, ut virginitatem ponere特特别的specialem virtutem se ipsum in 4. distin. 33. correxit, ubi virginitatem tam cum, quam sine voto, minus tunc sciens, posuerat, ut magnificientiam. Non ergo in Apostolis, ex defectu propositi virginitatis voto firmati arguitur defectus virtutis virginitatis; sed tantum defectus virginitatis, quæ sit specialis virtus, à castitate distincta, quod ultra concedo: neque enim defectus iste quidquam de eorum perfectione tollit.

124. Objectæ tertio difficultati respondeo: verissimum esse ad perfectionis statum pertinere consilia, potissimum illa Evangelica, paupertatis, castitatis, & obedientiae, quibus Religiose vita professores ad perfectionem conari tenentur; qui enim perfectiorem viam ingredi vult, sublimiusque vita genus profiteri, & amplecti, ab omnibus curis, & rerum terrenarum affectibus, expeditus esse debet. Verissimum insuper est fecisse Apostolos, quod perfectionis, ac meriti esse docuerat eos Divinus Magister: quare, inquit *Paulus I. ad Cor. cap. 11.*, *Imitatores mei efficiuntur, sicut ego Christi;* quod imitemur eum, in quo Christum, qui est indeficiens sanctitatis, & Apostolicae vitæ exemplar, imitabatur; qui non sibi placuit, ad *Rom. 15. v. 3.* sed dicit se ipsum redempcionem pro omnibus: hac enim est perfectiatus religiosi regula, ea querere que proximorum saluti, & spirituali bono sunt conducibilia. At rogo modo, ubi docuit eos Christus Dominus propositum virginitatis voto firmare? An cum eis dixit, ut intendit argumentum *Mattthei 19. v. 12.* *Sunt Eunuchi, qui de matris utero nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus;* & sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum celorum. Qui potest capere capiat. Non est is unus & ciborum sensus, quem assignat argumentum; sed ibi Christus gradum gloriae in cœlesti regno promittit virginibus, & continentibus, qui non necessitate, sed boni appetitione melioris, virginitatem, vel continentiam servant, sive ex voto, sive ex firme proposito. Sic expresse S. Hilarius super textum illum. *Triplex Eunuchorum genus distinxit: in uno posuit naturam, in alio necessitatem, in tertio voluntatem.* Naturam in eo, qui ita nascitur; necessitatem in eo, qui ita factus est, voluntatem in illo, qui spe Regni cœlestis talem esse decreverit. Notentur hæc verba, talem esse decreverit: nempe si opitulante Dei gratia castitatem voverit, aut eadem adjuvante propositum eam servandi esformaverit: ambo quippe Eunuchi sunt, qui se castraverunt propter Regnum celorum; ut sic, sive castitatis proposito, aut etiam voto, sui sexus oblii sunt, in ipsa concupiscentia radice, calorem, & Angelicam vitam in terrena mortalitate meditantes, ut loquitur S. Augustinus de Virginitate cap. 24. At licet castratio abdicationem, non tantum usus, verum etiam potestatis designet; unde recte ait, ex D. Hieronymo, Augustino, & Fulgentio, Bellarminus lib. 2. de Monach. cap. 23. ipsa Eunuchorum appellatio perspicue indicat votum; non enim est Eunuchus, qui solum continet, sed qui non potest non continere; quod sane perfectissimum est Eunuchorum genus; non tamen excludendi sunt illi, qui ita se gerunt, ac si castrati forent, amore virginitatis ab omni re vencia abstinentes, non voto obstricti,

scripti, sed firmo animo confiantes. Illa ergo est, inquit D. Chrysostomus citatus a D. Thomas in catena aurea, gloriofa continentia, non illa, quam transgredi nos possit necessitas debilitatis corporis, sed quam completatur voluntas sancte propriei.

135. Ad quartum dicimus, quod vel loquimur de statu Religionis, qui per tria vota essentialia, & solemnia constituitur, & sic manifestum est, quod sicut Christus in hoc sensu Religiosam vitam non est professus, ita nec Apostoli eum sequentes: quare bona pace dixerim, falsa est illa propositio eruditii Cornelii a Lopide, *Apostoli fecerunt votum paupertatis, ut iam faciant Religionem, quae ac castitatem, & obedientiam.* Et maxime cum solemnitas ista votorum sit ex instituto Ecclesie, ut communiter docent Theologi, & Canonistix. Si vero consideremus, id quod perfectionis est in statu Religioso, & religiosum vocemus eum, qui se totum ab effectu humanarum rerum abstractit, non enim Apostolice vita spiritus in extensis dumtaxat pietatis exercitiis, & operibus consistit, sed in consecratione interiori, que nos a peccato mundatos, & ab amore rerum terrenorum separatos Deo conjugit per charitatem; hoc modo quidquid perfectionis est in vita Religiosa, excellentiori modo fuit in Apostolorum vita, qui sanctitate sublimes, & vita merito perlungentes, unitati sunt Christianum firmissimo proposito, delibera- taque voluntate eum sequendi: quod propositum eis erat sufficiens, qui semper facerunt status perfectionis, & animum virtute immobilem habuerunt, licet in imperfectis hominibus, qui ad perfectionem tendere student, & facile mutari possunt, requiratur propositum voto firmatum. Nec authoritas Cornelii a Lopide ad oppositum movere potest, quia licet author iste definiat ut certum, Apostolos tria vota emisisse, nihil tamen novi adfert, quo id ostendat; sed solum adducetas supra conjecturas, que ad summum rem probabilem faciunt. At ex illis minime solvit argumentum, ex Scripturæ, Traditionis, & SS. Patrum silentio, quod quanti momenti sit nemo nescit, quo cum nullus expresse dixit, quod ita aperte tradit sibi fuisse revelatum Ven. nostra. Unde sicut D. Thomas agens loco supra citato ex 2. 2. q. 52. de voto Christi Domini, an de facto voverit, necne? rem consilio prætermissee videtur propter rei incertitudinem hoc fanè consilium eligendum nobis est, ne rem novam, & incertam simpliciter affirmare videamus, & ne ita facilem alienum præbeamus revelationi rem penitus ignotam, et si nonnullis probabilem, manifestam. Incredibile quidem, videtur Deum revelare voluisse modo, quod per tot secula voluit manete occultum. Ad quod profecto non sufficit rei possibilitas, quod falsissimum esse superius probavimus, nec est cur modo eversum positratumque principium novis conatibus impetamus.

§ XVIII.

*Circa permanentiam in Corpore Christi purissimi
Sanguinis Beatissimæ Virginis a Verbo Divino
assumpti in instanti in quo facta est
Incarnatio.*

136. Colloquium Christum inter, & Servam Dei habitum refert p. 1. lib. 2. cap. 4. pag. 146. quo dixit illi Christus: *Scias Filia mea tanti me fecisse sanguinem, quem sumpsi à Matre mea ab instanti meæ conceptionis, & fixi spatio duorum annorum ex umeribus illius, ut noluerim carnifices de corpore meo cum violenter extrahere, nec pedibus eorum malighis conculcari, ideoque illum in horto praesudavi: Verba illius sunt.*

*Sabras hija mia, tambien, que esti. Saprai figlia mia, como stimai tanto
me tanto la sangre que recibí de mi il Sangue che presi dalla mia be-*

Bendita Madre, que fue desde el instante de mi Concepcion, hasta el dia de los dos anos que me juzgase de su purissima leche, que no quisiera que los verdugos la sacasen de mi Santissimo Cuerpo con instrumentos, porque no fuese hollada de tan mala gente, sino sudarla en el huerto, ante que me prendiesen.

nedetta Madre, che fu dal primo instante della mia Concezione sino al fine di due anni, che mi sostentai del suo purissimo latte, che non volsi che i Carnefici lo cavassero dal mio Santissimo Corpo con istromenti, acciò non fusse calpestrato da sì perfida gente: ma volli sudarlo nell' orto prima, che mi prendessero.

¶ 27. *Tria sunt hic maxime consideranda. Primum quod tanti fecerit Christus sanguinem, quem sumpsit a Maria ab instanti Conceptionis, & lac quod fuit spatio duorum annorum ex illius uberibus, quod noluerit carnifices cum violenter & corpore extrahere, ne pedibus eorum conculcaretur. Secundum, quod sanguis ille quem sudavit in horto fuerit illemet, quidem totus quem in instanti conceptionis assumpsit Verbum Divinum. Tertium quod primus Sanguis Christi usque ad sudorem remanserit, & conservari idem numero absque diminutione, & mutatione aliqua ex parte materie, potuerit in ejus corpore. Primum perperam dicitur. Omissio namque, quod hic assertit revelatio, per hunc luxurie Christum ubera Matris, cum V. Matri Sae. Mariae de Arcis fuit tevelatum, luxurie solum per annum & medium, ut testatur illa 2. p. lib. 4. cap. 29. num. 692. siisque revelationes mutuo diffidio committuntur, qua dissonantia nullum minus falsitatis revelationum argumentum esse potest: hoc inquam omissio, primum, iterum dico, perperam dicitur. Qui enim credibile est fuisse à Deo tevelatum, sanguinem quem assumpsit in primo Conceptionis instanti, & etiformatus fuit ex lacte, quod fuit spatio duorum annorum, fuisse in Horto sudore emissum ne pedibus carnificum conculcaretur? An iste est majoris dignitatis, ac excellentiae, et quod sit Maria, quam est sanguis remanens Verbo Divino unitus? Neutiquam, cum praecipua excellentia, & meritum sanguinis Christi ex unione Verbi Divini procedat, ut Clemens sextus Romanus Pontifex dixit in extravag. Unigeniti, Christum Dominum in Cœlo, non guttare sanguinem vocem, quia tam propter rationem ad verbum pro redēptione ratiū humani generis fūssisset, sed velut quoddam proficiens effusisse: noscentur hæc verba propter rationem: ergo falso supponitur, quod fuerit in sanguine Christi aliqua excellentia major illa, que debetur illi ex unione ad verbum, ut libertari debuisset ab impiorum conculcatione. In quo ruris quid minus honorificum sanguini assumpto ex Beatissima Virgine pro salute humani generis conculcati ab impiis? Cum Fides Catholica Christum propter nos homines, & propter nostram salutem flagellis cælum, spinis in lucibrium coronatum, cruci suffixum, & cum iniquis reputatum confiteatur. Hæc quanto magis oculis hominum indecora videntur, sunt aeternum glorie Christi monumentum, de quibus nec erubescimus, nec filemus, quia potius opprobrium, Hereticis id obiciuntibus, merito ridemus, cum Tertulliano lib. de carne Christi cap. 5. dicente: Quodcumque Deus indigneatur est, mihi expedit, faciat suum si non confundar de Deo: Christus est Dei Filius, non pudet, quia pudendum est: Et mortuus est Dei Filius, profus credibile est, quia ineptum est. Si ergo nihil dedecoris, sed potius maximi honoris fuit reliquum sanguinem Verbo Divino unitum pro redēptione generis humani conculcati, quid inglorium Virgini, quod & sanguis ex ea assumptus, ad candem generis humani redēptionem conculcaretur? Aut potius quid glorioius B. Virginis, quam quod sanguis ille in Crucis trophæo, ubi corpus suum victimam sine peccato exhibuit Filius, ubi fuit insignior amoris triumphus, effunderetur, ut sic ejus esset purpurata sanguine, crux illa ex qua veritatis lux, & veri Dei fides toto affluit orbi, in qua vicit, & expugnatus fuit Diabolus, genus humanum eterno Patri reconciliatum, Deus propitiatus, & quo cunctio Christi sacrificio, consummata*

ta sunt omnia veteris legis sacrificia, ut inquit S. Leo serm. 8. de Passione Domini: *Pascha nostrum, ut ait Apostolus, immolatus est Christus: qui se verum, & novum reconciliationis sacrificium offerens Patri, non in templo, cuius jam finita erat reverentia, non intra septa Circumcisus, ob meritum sceleris sui diuinende, sed foris, & extra castra crucifixus est, ut veterum vicinorum cessante Mysterio, nova Hostia, novo imponeretur altari, & Crux Christi non templi esset Ara, sed mundi. Rursum, si res ista atentius consideretur, non sudor opportundum videtur medium, ut sanguis primigenius ab opprobrio conculcationis immunis evaderet. Sudor ille, erat, ut inquit S. Lucas, tamquam gutta sanguinis decurrentis in terram. Si in terram decurrat, cur non potuit conculcari, vel a militibus missis ut Christum caperent, vel ab aliis transiuntibus? Dicant enim, si placet, quid factum fuerit de illo, aut quis eum collegerit? Si ergo super terram remansit, cur conculcari non potuit ab impiis? Minus certe verisimilis est, si non fabulosa, narratio ista.*

128. His omnibus reponit perdoctus vindicta numerus. 103. „ Pressius dicam: Carnem, & sanguinem accepit a Matre, utrumque pignus sue voluntati charissimum; utrumque sue Divina Personae unitum, sed utrumque eximere ab ignominia conculcationis non poterat, qui inde vicit, & triumphator erat evasurus. Liberavit ergo partem, quam potuit in matris honorem, ne daret consumelia, quod necessarium non erat vicitore. Nemo potest Christum prohibere, ne id faceret, si fecerit nemo non laudabit. Ac proinde nec aliquis jure reprobare poterit revelationem istam, qua nihil traditur aut impossibile, aut si factum credatur non laudabile. Praterea: actus heroicis, & ultra heroicitudinem altissimos Christi Domini occultos & internos, quis agnoscit? Quis eorum fines, & motiva invenire se posse presumet? Satis nobis, ut non reprobetur, si rationibus, aut conjecturis piis commendetur, ut vere haec revelatio commendari videatur.

129. Quis non miretur virum eruditum haec pro vindicatione hujus revelationis afferentem? An ne primò, ut non reprobetur revelatio sufficit, quod nihil tradatur aut impossibile, aut si factum credatur non laudabile, quod esse oppidum falsum toti argumentis dissertatione prima evicimus. & maximè dum revelatio, noua rei possibilitatem enuntiat, sed rei existentiam? Rursum, mirari etiam satis non possum, doctissimum vindicatore afferere, fuisse Christo Domino impossibile totam substantiam illam primigeniam ab ignominia conculcationis liberare, quarè liberavit partem quam potuit, hancque ideo sudasse in horro ne conculcetur, cum nulli Catholico dubitare licet, potuisse Christum predictam carnis portiunculam, in pristinum sanguinem convertere, & per sudorem in Horto emittere. An non hoc est Deo possibile? Et multo magis si teneatur sententia Sancti Hilarii & Ven. Bedæ afferentium sudorem Christi fuisse miraculosum, ipso teste vindicatore? Hoc si factum fuisse, pariter posset dici cum illo. Nemo potest Christum prohibere, ne id faceret. Si fecerit nemo non laudabit. Et numquid fuit portiuncula illa carnis vicit, & triumphator evaserit? Utique: quia una gutta sanguinis modica sufficeret, ut dictum est ex Clemente in Extrav. Unigeniti. Ergo falsum est dicere impossibile fuisse Christo Domino carnem illam Primigeniam liberare ab ignominia conculcationis, quia nempe inde vicit, & triumphator erat evasurus. Sed paulisper sistamus hic. Detur casus quod accedat alia V. Serva Dei dicens: sibi fuisse revelatum, conversam fuisse partem illam carnis in sanguinem, huncque sudasse etiam Christum Dominum, ne pignus sue voluntati charissimum conculcaretur a carnificibus. Quis natus adeo obsecit huic credere velit? & tamen ad hanc vindicandam totus discursus huic revelationi accommodari posset: Nemo potuisse Christum prohibere, ne id faceret: si fecerit nemo non laudabit, ac proinde nec aliquis jure reprobare poterit revelationem istam, qua nihil traditur, aut impossibile, aut si factum credatur, non laudabile. Praterea actus heroicis, & ultra heroicitudinem altissimos, Christi Domini occultos, & internos quis agnoscit? Quis eorum fines, & motiva invenire se posse presumet? Satis nobis, ut non reprobemus, rationibus, aut conjecturis piis commendetur, ut vere haec sint illa commendatae revelatio. Si ergo haec omnia pari titulo affirmari possunt de revelatione ista, apage ergo ex talibus conjecturis revelationem hanc ex Deo esse.

130. Sed non est quod ad miraculum recursamus. Eximere ab opprobrio conculationis partem illam sanguinis potuit Deus, etiam si effusa sudore non fuisset in Horto. Non enim simili concuicationis indecori exponeretur illa, si Angeli subito Divinum sanguinem hinc inde effusum colligerent: ergo per hoc quod Angelis praecepit Deus, ut sanguinem in horto effusum colligerent, immunis fuisset ab impiorum conculatione. Verum est quod actus internos, & occultos Christi Domini nullus agnoscit: at hoc fuisse Deo possibile Fides Catholica docet: quin imo cum sanguine Christi Domini effuso toto tempore Passionis id accidisse, revelatum sibi fuisse tradit V. Mater Maria a Iesu de Agreda p. 2. lib. 6. cap. 19. num. 1320. his verbis: *Vix enim tam invanis credibilitate amplius motus est in absentia amarissimaque Christi. Parvate conuicratio eius sensu: quare nos ad Sanctos Angeli, quibus stupabatur, converso, profusam a Rego suo bine inde divinissimum sanguinem colligere iussit, ne impio pede detrauocaretur: quod etiam ecclesie genii contemptu fecerunt. Iisdem pariter imperaverit magis Domina, ut si in posteryum SS. Filium, verumque Dominum suum in terram eius vidissent, famulatum ei exhiberent, praeedicando ministros iniquitati, in facie tamen ejus Perlonam iterum caverrent, ac Javilego pede calcarent. Quia vero nadequaque erat prudenter illa ideo hoc genui obsequii Angelis Domini exhibere noluit, nisi perspecta prima ipsius voluntate bine porro suo nomine Dei Filio rem proponere, ac licentiam rogare iussit, diligenter expolias es angustias, quibus matrem tuam cor disforqueretur, si eum tam probroso irreveneret, pedibus immundissimum humilium sanguinem castri oido cogeretur. Quo potentissim autem SS. Filium suum ad peccata inclinaret, per easdem celestes genios postularunt, ut dirigeretur actum illam humilitatem, quo nequissimi illis dominibus posset calcedant, contenderantque se subjecerat, in alium communione, quo se huic dolentissima Matris suae postulationi submiseret, & obsecraret. Et 1321. Et anno Domini Iesu Servator noster piissime Matris suae postulata, ac desideria rata habuit, data Angelis sua licentia, ut eum fideli Domini suae Ministri imperata facerent. Itaque in reliquo itinere usque in Domum Pilati Ihesus postulatus non quippe permisérunt Sancti Angeli, neque ut aucto factum erat, Javilego pede propinquari, quanta quoad alias iniurias liberum fuerit justitia Ministris, & obsecrata Populi prætitati cum impetrare, prout insana cupusque rabies dictaverat.*

131. En qualiter potuit fieri, & dispositum fuit a Christo Domino (si V. Matri de Agreda credimus) ne ejus sanguis conculcaretur: cur ergo non potuit pariter sanguis assumptus ex Beata Virgine eximi ab ignominia concuicationis etiam si non fuisset emissus in horto? Non est quod eximius vindex revelationis hic interrogat, actus hereticos & ultra hereticitatem altissimos Christi Domini occultos, & internos quis agnoscit? Quis eorum finis, & motiva invenire posse presumat? Obvia quippe, & facilis est responsio: Hec nos docuisse V. Servam Dei Marianam, per revelationem sibi dictam, ut posquam hoc sciret, hoc ipsum nos doceret. Faciat ergo causalitatis ista a V. nostra cognitata: que si vera est, in falso suspicionem venit V. Maria de Agreda laudata revelationis. Sed de his fatis. Unum solum addiderim, quod revelationis ista affirmari nequit meta cogitatio, cum hic introducatur Deus loquens, & Deus non permittit servis suis, ut metas cogitationes, tanquam veras revelationes affirment: ne auctoritate dicentis, fideles in falso inducantur. Praterquam quod auctor operis hanc, non ut metam cogitationem, sed ut veram revelationem scribat.

132. Incredibile mihi pariter visum fuit secundum quod affirmat revelationis: quod sanguis ille, quem Christus sudavit in horto fuerit illemet qui in instanti conceptionis fuit a Verbo Divino assumptus. Nemo est qui infirmitatem hujus revelationis non sentiat: si namque ex purissimo sanguine Beatæ Virginis fuit operatione Spiritus Sancti formatum totum corpus Christi integrum, & omnibus suis partibus absolutum: cum suis nempe partibus similaribus, puta carne, ossibus, nervis, & cum partibus heterogeniis, ut manibus, capite &c. ergo ut fudaret Christus sanguinem quem ministravit Mariæ ad confirmationem Corporis, debuit Christum in horto omnes sudasse partes corporis, manus, brachia, pedes, ossa, nervos &c. & cum hoc sit naturaliter impossibile, impossibilis pariter est revelationis, qua non de parte sanguinis loquitur, sed de toto sanguine, ut genui-

ans verborum sensus prefert. *il sangue, che io presi.* Rursus in illo instanti conceptionis fuit repentina Corporis Christi in utero Virginis efformatio; *Angelo nuntiante, & Spiritu Sancto adveniente, mox Verbum in utero, mox intra uterum Verbum caro, ut dixit Sanctus Gregorius lib. 18. Moralium cap. 35.* Insuper codem momento fuit animatum anima rationali, *simul caro, simul Verbi Dei caro, simul vero animata anima rationali,* inquit S. Damascenus lib. 3. de Orthodoxa Fide cap. 2. Quid ergo in hoc instanti Conceptionis potuit sub forma sanguinis remanere? Mediocris sanè, & parva quantitas, & exigua, si credimus revelationi V. M. Sor Mariae à Jesu de Agreda 2. p. lib. 3. cap. 11. num. 137. *Ex corde Marie, inquit illa, tres guttae purissimi sanguinis Marie destillaverunt, ex quibus in naturali loco Conceptionis Christi Domini virtute Divina, & Sancti Spiritus fuit efformatum corpus ejusdem Domini nostri, ita quidem, ut materiam, ex qua ad nostram redemptions formata est humanitas Verbi, vere, & realiter subministraverit cor S.S. Virginis Marie, idque accidente vehementia amoris Divini.* Si ergo ita parva fuit quantitas illa sanguinis, quomodo verificari potest, quod grossis sudoris guttis maderet corpus ejus? ut dicitur Luke 22. v. 44. *Factus est sudor ejus tanquam guttae sanguinis decurrentes in terram.*

133. Non hic sermo, an sudor ille fuerit vere sanguineus, ut autumat S. Hieronymus Dialogo contra Pelagianos lib. 2. Non an sudor ille sanguis fuerit naturalis, ex infirmitate naturæ, ex orandi ardore, ac vehementia proveniens; vel an, fuerit miraculosus? ut contra communiorum Theologorum sententiam tenet S. Hilarius de Trinit. lib. 10. cap. 41. dicens: *Sudorem vero nemo infirmitati andebit deputare, quia, & contra naturam est sudare sanguinem, nec infirmitas est quod potestas, non secundum naturam consuetudinem gesit.* Cui & adstipulatur V. Beda in Lucam lib. 6. cap. 22. Non etiam an sudor sanguineus ex omnibus partibus corporis effluere possit, prout de facto accidisse Christo Domino testatur Augustinus in Psal. 91. v. 11. *Toto corpore sanguis exhibat: ita Ecclesia ejus habet Martyres, per totum corpus ejus fusus est sanguis.* Quod totum doctissime exponit ac illustrat Calmet in dissertatione de Sudore Sanguinis Iesu Christi: Quæstio solum est, qui fieri potest, quod pars sanguinis ita exigua, potuerit sudore è toto corpore effundi, ut vere dici posse in Oratione totum corpus sanguinem sudasse? & cum hoc impossibile penitus videatur: curiosus forte nimis perscrutator, inquirebam; quæ pars Corporis Christi fuerit illa tam felix, in qua collocatus sit sanguis assumpitus in Conceptione ex Maria à Divino Verbo?

134. His respondet perdoctus vindex revelationis num. 102. „ Non dixit Ancilla Christi, totum Christi sudorem ad solum illum maternum sanguinem reducendum. Unde fatemur longe copiosiorem fuisse absque illo revelationis prejudicio. Et infra: Stando vero priori sententia. ipse non ambigo, potuisse intermixtam expelli. sic Domino volente, parvam illam sanguinis portionem; si usque tunc supponamus, juxta dicta mansisse. Rursum: nec ille primus humanitatis Dominicæ sanguis in aliqua Corporis parte debuit separari, sed per totum corpus coagmentatum diffundi: unde è toto corpore posuit, voluntate Domini, a ceteris sanguinis partibus segregatus emititi: Est exemplum in sententia illorum, qui dixerunt materiam primigeniam semper in individuo manere. Non enim ponebant illam in aliqua corporis parte, sed in toto. Favet nonnihil assertæ revelationi Sancti Hilarii superius allegata sententia, quam & tenuit laudatus Beda: scilicet sudorem Christi non fuisse naturalem, quia contra naturam est, inquit, sudare sanguinem nec infirmitas est, quod potestas, non secundum naturam consuetudinem gesit, seu communem esse oppositum sensum, quem multo illustrat Calmet dissert. de sudore Christ. ad Luc. 22. sed tamen juxta priorem illum, minus difficultatis, imo multum congruentie, habebit revelatio... Hac perdoctus vindex, Verum tantum abest, quod hac veritatem revelationis commendent, quin potius ejus falsitatem apertissime produnt. Ita est, non dixisse V. Servam Dei totum illum sudorem ad solum illum maternum sanguinem esse reducendum: at, etsi expresse id dictum non sit, apertissime tamen, colligitur ex ipsam revelatione. Tum quia si sanguis alias adjungitur Primigenio per modum mixtionis,

150

verificari nequit quod sanguis sudore effusus ipsem, absque omni mutatione, fuerit sanguis primo assumptus qui nullius mutationis erat capax ex privilegio & vi unionis Hypostaticæ ipsi concessò; quod enim miscetur, aliquo modo alterat naturam ejus cui miscetur, sicut mixtione aquæ alteratur vinum: & juxta Philosophum lib. I. de generatione text. 88. non potest alia esse natura ejus quod advenit, & ejus cui advenit, cum jam sit factum unum per mixtionem: Sed revelatio assertit sudasse Christum sanguinem assumptum, quem semper cundem conservavit, & qui juxta doctrinam prius traditam ab ipso ex vi unionis Hypostaticæ fuit absque diminutione, aut mutatione aliqua: Ergo satis liquet, non fuisse effusum sanguinem primigenium alio mixtum sed alijs, qui ex utriusque unione resultat. Tum quia id clare deducitur ex causalí assignata, ne concilcaretur: ergo sanguis, qui fuit effusus, fuit ille quem Deus liberare voluit ab opprobrio conculationis; sed hic fuit solum sanguis primigenius: ergo hic solum debet intelligi effusus, & de quo loquitur revelatio. Quod si ita non est, assignet nobis aliquam congruentia rationem, qua vere possit quis in animum inducere sibi, voluisse Deum partem aliquam alterius sanguinis hypostaticæ uniti, immunem esse ab opprobrio conculationis; sicut de sanguine primigenio dicitur; & aliam relinquere partem tali contumelie conculationis subjectam. Nulla profecto imaginari potest.

135. Recursus ille ad voluntatem Dei, quæ sic ita rem potuit disponere, ad quam configit responsio: *Stando vero prime sententia, ipse non ambigo potuisse intermixtum expelli Domino volente, absque omni fundamento fit.* Unde enim habet, vir eximius rem ita fuisse a Deo volitam, & factam. Et, inquit D. Thomas 3. p. q. 1. art. 3. quæ ex sola voluntate Dei proveniant supra omne debitum creature, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in Sacra Scriptura traduntur, per quam Divina voluntas nobis innotescit. Assignet ergo nobis Sacre Scripturæ textum, quo manifestetur nobis ita Deum voluisse sudorem sanguineum fieri? Et si ei sufficit possibilis Dei voluntas, ut rem ita factam concludat, cum & Deus potuerit etiam ita non facere, inferre pari jure possum non fuisse ita factum: dum oppositum nulla ratione evincitur. Tandem hac voluntaria asserta mixtione, non sit satis argumento factio. Qui enim fieri potuit, quod tam parva quantitas sanguinis, potuerit emitti ex omnibus partibus etiam alio sanguine mixta? Hoc opus, hic labor, cum etiam mixtio supponat hujus exiguae portionis sanguini existentiam in omnibus partibus: quam esse naturaliter possibilem non probat ille. Non etiam hujus exemplum habetur in sententia illorum, qui dixerunt materiam primigeniam semper in individuo manere: quam sententiam tot in locis reiicit, & reprobat D. Thomas ut omnibus bonæ Philosophiæ principiis adversam 1. p. q. 119. art. 1. In 2. Sent. Dist. 30. q. 2. art. 1 in 4. Dist. 44. q. 1. art. 2. & Qvodlib. 8. art. 5. Hæc enim opinio prout refertur a D. Thoma citato art. 1. q. 119. talis est: *Vnde alii dixerunt, quod forma humana potest quidem fieri de novo in aliqua alia materia, si consideretur natura humana in communis; non autem si accipiatur prout est in hoc individuo, in quo forma humana fixa manet in quadam materia determinata, cui primo imponitur in generatione hujus individui, ita quod illam materiam nunquam deserit, usque ad ultimam individui corruptionem, & hanc materiam dicunt principaliter pertinere ad veritatem naturæ humanae; sed quia hujusmodi materia non sufficit ad quantitatem debitam, requiritur ut adveniat alia materia per conversionem alimenti in substantiam nutriti, quantum sufficiat ad debitum augmentum.* Si ergo totum in omnibus suis partibus compositum erat ex materia illa primigenia, quid mirum, quod materia illa, ex qua totum fuit esformatum, in suo primo esse reperiatur in omnibus partibus. At hic non loquitur de materia illa primigenia, ex qua fuit formatum Corpus Christi, quam in omnibus partibus formaliter eandem reperi certum est, sed de parte illa sanguinis, qua cum fuerit ita exigua, in omnibus corporis partibus reperi nequit eadem materialiter, ut per sudorem ex omnibus emitte possit. Quinimmo eodem exemplo retorquetur argumentum. Forma humana, in illa sententia ita fixa manet in quadam materia determinata, cui primo imponitur in generatione hujus individui, quod illam materiam nusquam deserit, usque ad ultimam individui corruptionem: ergo si sanguis primigenius Christi Domini comparetur, cum mate-

ria ista; non potuit dimitti, nisi usque ad Christi mortem, ac per consequens, nec sudore effundi in horto. Quæ ergo unius ad alium com paratio?

136. Denique, ut ab aliis argumentis supersedeam, hoc vel unum mihi rem invetrisimilem facit. Juxta communem Theologorum sententiam cum D. Thoma 3.p. q. 54. art. 2. ad 3. totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit ad veritatem naturæ humanae pertinens in corpore Christi resurrexit, sed sanguis primigenius pertinet ad veritatem naturæ humanae: ergo iste in corpore Christi resurrexit. Modò sic: totus Christus cum omnibus suis partibus, quæ ad integratatem naturæ humanae pertinent, quibus verbum Divinum fuit hypostaticè unitum, & cum quibus resurrexit, existit in sacramento Eucharistiae: ergo si sanguis ille, qui effusus est in horto fuit sanguis primigenius ad veritatem naturæ pertinens; verè existit in Sacramento, huncque sudorem in poculo Eucharistico bibunt Fideles: quod certè hucusquè non est auditum; & quod quis negando, Fidei sue sanctitatem, castitatemque non corrumperet. Videatur Eminentissimus Cajetanus super præcitatum art. 2. explicans, qualiter ille sudor sanguineus, fuerit humor sanguineus adhuc crudus non adhuc perfectè redactus in sanguinem qui est pars hominis. Modum quo totus, Christus existit in Eucharistiae sacramento definit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 3. dicens: *Corpus Christi esse sub specie panis, & sanguinem sub specie vini ex vi verborum; ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi illius naturalis connexionis, & concomitantia, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur. Divinitatem vero, propter admirabilem illam ejus cum corpore, & anima hypostaticam unionem.* At dici nequit, quod caro Mariae sit ibi ex vi verborum; cum verba solum efficiant, quod significant, & verba consecrationis nihil Mariae significant: nec ulterius per concomitantiam existit ibi caro Mariae; quia scilicet nulla est naturalis connexionio, vel concomitantia, qua copuletur caro Virginis, cum carne Christi, quæ nunquam fuit caro Virginis actu, sed tantum in potentia, numquam reducta ad actum; quoniam dictus sanguis numquam est factus caro Virginis, sed caro Christi, informata anima Christi, ac divinitate unita: ergo in sacramento, non datur aliquid, quod sit actu pars Mariae. Enimvero si in sacramento datur aliquid, quod sit actu pars Mariae, dum Christus in sacramento adoratur, & Marie substantia, quam Christi corpus servat & continet, adoratio aliqua exhibenda erit. Vel ergo est adoratio Hyperduliae vel adoratio Latriæ? Si Hyperdulia; necesse est in Eucharistia personam esse Beatissimam Virginis, quod falsum omnino est. Si vero Latriæ; non Mariæ, sed uni Christi carni, quod Verbo conjuncta sit, in Eucharistia reddi hic cultus potest; ergo falsum est dicere, ne plus dicam, quod in sacramento detur aliquid quod sit actu pars Mariæ: cui & conjungeretur, dum Christo in sacramento conjungitur: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo.*

137. Nec in hanc revelationis sententiam descendunt SS. Patres adducti. Non favet huic modo dicendi D. Hilarius loco citato. Quod contra naturam sit sudare sanguinem, & quod in hoc sudore Dei potestas miraculoso modo se gesit, & non secundum naturæ consuetudinem creditit ille: at unde infertur, quod sanguis ille qui profluxit e corpore Christi fuerit sanguis primigenius? Quæ enim consequentia ista: Potestas Dei in hoc sudore sanguinis non se gesit secundum naturæ consuetudinem, ergo potestas Dei non se gerens secundum naturæ consuetudinem fecit quod sudaverit sanguinem primigenium; ac si potestas Dei faciendo sudare sanguinem alium materialiter diversum, non se gereret contra naturæ consuetudinem? Adversatur etiam D. Hieronymus loco ab eo citato dicens: *Tam vehementer orabat, ut guttae sanguinis prorumperent ex parte, quem totus erat in passione fusurus;* Sed in Passione sanguis fundendus, ut supponit revelatio, non erat sanguis primigenius, hunc namque sudavit Christus in horto ne concilaretur: ergo cum sanguis effusus sudore in horto fuerit pars sanguinis effundendo in Cruce, sanguis qui ex orandi ardore, & vehementia fuit effusus in horto, non fuit sanguis primigenius. En ergo singularis opinio, omni Scriptura, Traditionis, SS. Patrum auctoritate destituta, & a communi sensu Ecclesiæ aliena: quare merito ab Ecclesia semper traditioni induisse inhærente rejicienda est.

138. Sed

112.
138. Sed ad tertium, quod adhuc majoris momenti est, accedamus, quod nempe idem sanguis absque omni variatione permanserit materiali, ab instanti Conceptionis, ad tempus orationis in Horto, minime continua caloris naturalis actione resolutus, quod tamen diversimode a patrono cause, & a vindice revelationis intelligitur. „ Asserebat patronus causa verissimum esse, quod sanguis Beatae Virginis, ex quo formatus est Christus semper inconsumptus fuerit conservatus, & existit in Christo, in propria forma, & specie, qua fuit assumptus, itaut vere dici possit, & debeat, quod sanguis ille in Christi corpore existens, est sanguis Mariae „. Perdoctus revelationis vindex aliter revelationem exponit, eamque intelligendam in hoc sensu esse assertit, eo nempe, quod sanguis Beatae Virginis, qui in sanguinem Christi est conversus, permanserit, ita conversus, in corpore Christi, toto vita tempore, sive usque ad sudorem in Horto, quod idem dicendum de perseverantia sanguinis ex castissimo lacte materno congeniti subsequenti tempore, quo parvulus filius, ubere de Cælo pleno alebatur. Seq utroque modo intellecta revelatio a veri vestigiis longissime abest, etiam in modis ad inventis ad ejus expositionem. Et quidem primo rationes adductæ a patrono cause in suis responsionibus tanti non sunt, ut a nobis assensum impetrare debeant, his namque sequentibus motivis assertum probat. „ Primo quia discurrendo per principia philosophica, sanguis, qui in utero a primordiis Conceptionis ex visceribus Matrum sumitur pro nostra efformatione, & successive ex lacte accipitur pro nostro incremento, naturaliter iste conservatur in nobis, ea scilicet ratione, qua, cum sanguis sit pars animalis, non minus quam ossa & carnes sunt de integritate corporis, ut docet D. Thomas : hinc quemadmodum naturaliter conservantur ossa, vasa, caro, & alia primitus in animali efformata ex partibus illis primordialibus, usque ad decrepitam etatem pro consistentia ejusdem numero individui, licet ea omnia post Conceptionem indies extendantur, & crescant, sic & sanguis quoque dicendum est, quod naturaliter conservatur, uti pars ejusdem animalis. Et quamvis sanguis antiquior commisceatur cum sanguine procreato ex aliis cibis, quos tractu temporis animal sumit, adhuc tamen aliqua semper primitiva illius pars remanet in venis, cum nulla commixtio liquidorum etiam sepius facta sub actione, & additione sic unquam evanescit, ut nullæ amplius primæ partes remaneant, sed semper aliquæ ex illis supersunt, ut signanter exemplum habemus propter id iा Oleo Sancto.

139. „ Secundo, quia quidquid sit de his quoad nos miseris Adæ filios, certum est, quod diversimode res se habuit quoad Christum Dominum cuius conceptione utique miraculosa fuit, illiusque vita & passio speciali Dei providentia regulata exitit. Formatus ergo fuit Christus ex purissimo & castissimo sanguine, & ab omni superfluitate, & impuritate libidinis defecato: ergo sanguis ille sumptus a Christo in utero, & ex lacte B. Virginis una cum carne inconsumptus semper permanxit in corpore ipsius Christi usque ad ejus Sacrosanctam Passionem: cuius fundamentum accipitur ex his, quæ afferunt SS. Patres: S. Augustinus Serm. de Assumpt. ait: Caro Jesu, caro est Mariæ. Caro enim Christi quamvis fuerit glorificata, eadem tamen mansit, quæ suscepta est de Maria. Et in Psal. 92. De carne Mariæ carnem accepit, & in ipsa carne ambulavit, & ipsam carnem Mariæ nobis manducandam, ad salutem dedit. Ejusdem sententiae sunt Anselmus cap. 5. in Epist. ad Ephæsi Carnem quam de Virgine sumpsit quotidie in Missarum celebrationibus sumit Ecclesia. S. Petrus Damianus Serm. 45. Manet aliquid de uberibus Virginis, & in carnem vertitur Salvatoris, illud inquam absque ulla dubitatione, non aliud nunc de sacro Altari percipimus. Ex quibus, & aliis sequens promitt argumentum, quod caro Christi, est caro Virginis Matris, quodque carne ejus, & sanguine pacimur, & potamur in Sacramento Eucharistie: ac per consequens, presupponere Patres, quod sanguis Beatae Virginis, ex quo formatus est Christus, nunquam fuit consumptus, sed semper conservatus exitit in eodem Christo cum alias Patrum assertio sustinueri non posset, ut reflectenti perspicuum est.

140. Verum hæc momenta nullius roboris sunt solvi que facile possunt. Et quidem jam nobis perdoctus iste magister concedit, quod non remanet totus, & idem materialiter sanguis absque diminutione. Ut enim verissime docet, *quamvis sanguis antiquorum communiscatur cum sanguine procreato ex aliis cibis, qua ratione corporis animal sumit, adhuc tamen aliqua semper primitiva pars illius remanet invenit.* Si ergo solum remanet aliqua pars primitiva, ergo non remanet totus & idem materialiter. Hinc ad primum concedimus, quod sanguis est actio pars corporis animalis, ut docet D. Thomas 3. p. q. 54. a. 2. Et Tridentinum icil. 1. can. 3. At aliae sunt partes, que in hominis corpore dicuntur formales, aliae vero materiales. Formales dicuntur illæ, que retinent formam, seu naturam communem, ut sunt ossa, carnes, nervi, que semper retinent naturam osium, carnium nervorum. materiales vero illæ particulae materie, que in diversis partibus corporis fluunt, & mutantur. Licet ergo in Christo manferit eadem caro secundum speciem, non tamen secundum materiam. Mansit eadem numero caro, quia semper maneat natura carnis cum dispositionibus, & proprietatibus carnis naturalibus, et si non manferint eadem particulae carnis, quarum aliae recedunt, aliae in earum locum redeunt, quod non obstat, ut non sit eadem numero caro secundum continuationem. Cum enim unitas viventis corporei non sit ita perfecta, sicut unitas rei incorruptibilis, satis est ut salvetur, quod maneat eadem partes formaliter sumptæ, id est, ut subiungant eidem identitati, & continuationi, que consistit in uniformi successione unius partis post aliam, ut diserte pronuntiat D. Thomas 4. contra Gentes cap. 81. Dicens: *In corpore humano quamvis vivit non semper sunt eadem partes secundum materiam sed solum secundum speciem;* secundum vero materiam partes flamine, & resiliunt, nec propter hoc impeditur quia humus sit hucus numero a principio usque ad finem: *cujus exemplum accipi potest ab igne,* qui cum continue ardor, necum nomen dicitur, propter hoc, quod species ejus manet, *hunc ligna consumuntur, & deinceps apponuntur.* sic est etiam in corpore humano; nam forma, & species singularium partium ejus continetur manet per totam vitam, sed materia partium, & resolvitur per continuam caloris naturalis, & de vita gaudatur per alimentum. En D. Tassæ explicatissima sententia objectioni respondens.

141. Non magis urget, quod ibi dicitur de reliquo vite. *Cicili tempore de illo nempe tempore augmenti, in quo humidum radicale fere integrum perseverat, nulla illius resolutione facta.* Etenim quomodo humidum radicale conservetur, ac deperdatur egregie atque solubilitate explicat Emmentillimus Cajazzus i. p. q. 119. art. 1. duo observans: *Actus primus, inquit ille, quod cum apud nostram etiam humidum radicale designatur a ventruali extorsione, quia illud scilicet habet animam secundum perfectissimum modum habendi, & propterea anima dicitur in eo radicata, hoc vero habet animam ut imperfecta quia ut in via ad perfectionem suam habendi, per humidum radicale intelligitur non aliquis sive pars materialis, sed ipsum illud materia, in quo anima secundum eum perfectior manet ut sic.* *Actus secundus, quod materia in qua anima habet esse perfectius dupliciter possum deponi, uno modo per variationem partium, & sic continua deperditur, & restauratur; nec propterea dicitur humidum radicale deponi.* Alter modo in quantum perfectius participat animam; & hoc contingit dupliciter, vel secundum partem, vel secundum totum animal, & est forma de partibus, que pervenerunt ad ultimum esse, que scilicet non sunt via ad alterum, quales partes sunt membra, manus, pedes, caput, & si materia illa se perdatur, tunc vere perditur humidum radicale, & aut necum animal perdatur, aut membrum illud, quia est irrevocabile. Quibus verbis aperie declarat, quod materia in qua anima habet esse perfectum per variationem partium, continua deperditur, & restauratur, quia humidum radicale dicitur deponi.

142. Nihilo plus movet quod secundo loco dicitur. Ad quod reponere juvat, quod et si substantia carnis ex purissimis Virginis sanguinibus defumpta fuerit, & optime disposita, necnon & Christi tam bonæ temperaturæ, hoc solum probat, quod dum cibus convertebatur in sanguinem, qui & speciem, & formam sanguinis haberet, simul etiam alia portio sanguinis convertereatur in carnem, vel alias partes: minime tamen arbitror, quod pars illa materialis, que in corpore erat per continuam caloris actionem non resolvatur. Addo tamen contra pro-

positionem cui tota via argumenti hujus incumbit, quidquid sit de his quod est in fiducia. *Vide Filius, certum est, quod afferendis rebus fidei habuit quod Christum Domini cuius conceptio atque miraculosa facta. Ita fane esse, & de fide certum, quod concepcionis Christi fuit miraculosa; at ut docet D. Thomas 3. p. q. 33. a. 4. multa in hoc mysterio, & secundum naturam interiorum, & altera naturam; sed causa consideratur id quod est ex parte materiae conceptus, quam Mater ministravit, ratione est naturale. Si vero consideratur id quod adgit ex parte virtutis sive, tunc est miraculosa. Non ergo quod ex parte materie hic statutus novum, atque admirabile Dei opus, ut illa inalterabilis sit, nec cuius conservatio singulari miraculo ascribi debet, cuius miraculi nullum extat in Scripturam, vel Traditione fundamentum.*

143. Tandem ad id quod ex SS. Patribus adducitur, Respondeo, quod nec SS. Patres citatis testimonius id vel leviter innuunt. Ad cuius evidenter notandum est, quod SS. Patres ex loquendi formula non existimere voluerunt, aliquam carnem partem, que sit actu pars Marie, esse actualiter in Christo. Item ut filio certum debet supponi, quod in utero Virginis operatione Spiritus Sancti Corpus Christi fuerit integrum, omnibusque Organis membris absolutum, & anima rationali animatum, ut dixit Damascenus lib. 3. de Orthodoxia fide cap. 2. *Sicut caro, sicut Veritas Dei caro, sicut vero animata anima rationalis.* Si ergo init materia illa quam ministravit Maria in instanti conceptionis animata anima rationali Christi Domini, deinit esse pars actu Marie, & incepit esse pars Christi, ut videtur est in omni mutatione, aut generatione substantiali. Non enim possibile est considerare numero materialis informari duplice forma substantiali: Et quamvis hoc possibile velint admitti, impossibile debet concedi, quod anima Marie fuerit in Corpore Christi, ut informaret materiam, seu partem eius in corpore Christi existentem: ergo cum materia sit solum pars subjecti, cuius informatum forma, falsissimum est, quod in Christo fuerit aliqua pars, que actu sit, vel posse dici pars Marie. Clarius rem expono, pars illa, qua formato virtute Spiritus Sancti corpore Christi remansit, & assumpta est a Christo, vel fuit informata anima Christi, vel non? Si hoc secundum: ergo fuit in Christi corpore, solum tanquam in loco; si primum: ergo non est caro Mariae, sed Christi, cuius anima est informata.

144. Expressit id eruditus Doctor Angelicus 3. p. q. 32. art. 5. docens, quod cum carnes, & ossa subtrahi non possint sine corporis corruptione, vel diminutione, quam Christus, qui venerat corrupta reparare, non debuit inferre sui Matris integritati; ideo non debuit formari corpus Christi de carne, & ossibus Virginis, sed de sanguine, qui non est actu pars (pars scilicet solidi, & ad alias non ordinata, ut sunt caro, & os, ultimum habentia complementum) sed est potentia totum, ut dicitur in lib. de generat. animal. Ex quo concludit Ang. Doctor per haec verba: *Et inde dicitur, carnes de Virgine sumiuntur, non quod materia corporis ipsius fuerit abducere, sed sanguinis, qui est potentia caro: ergo falsum est dicere, quod caro Christi, sit caro Marie.*

145. Dicimus robur, & quidem non minimum addit alia praedicta Angelici Magistri doctrina ex 3. p. q. 33. art. 1. ubi probat corpus Christi fuisse formatum in primo instanti sua conceptionis. *Dicendum, quod in conceptione corporis Christi ratio est considerare. Primo quidem instantis localiter sanguinis ad locum generationis: secunda formationem corporis ex talis materia, tertio autem augmentum quo perduratur ad quantitatem perficiam, in qua non maior ratio conceptionis consistit; non primum est conceptione praecognitione: tertium autem conceptionis consequitur. Primum autem non potest esse in instanti, quia locum contra ipsum variante non est localis corporis cuiuscumque, cuius partes successere subintrant locum. Similiter, & tertium operari est successum, tunc quia augmentationis non est sine motu locum; tunc enim, quia procedit ex virtute anima jam in corpore formata operari, quia non operatur nisi in tempore. Sed ipse formatio corporis, in qua principalius ratio conceptionis consistit, sicut in instanti, duplum ratione. Primo quidem propter variationem agentis infinitam, seu Spiritus Sancti, per quem ex parte Christi est formatum et supra aliud est. Tanto enim aliquid agere ceteri possunt ratione disponere, quanto majoris virtutis est unius agere infinita virtutis, patet in instanti materialis disponere ad debitam formam. Secundo ex parte Personae Filii, enas corporis formatas: nam enas erat conformatum, ut corporis bonorum usum, non formatum. Si*

antea ante formationem perficitur aliquod tempus concrepans prætermissum, non posset tota concepcionis attribui Filio Dei, que non attribuitur ei, nisi ratione assumptionis. Et ideo in primo instanti, quo materia adunata pervenit ad locum generationis, fuit perfecta formata corpus Christi, & assumptum. Et per hoc dicitur ipse Filius Dei conceptus, quod aliter dici non posset. Hec præclarissime D. Thomas, ut probet, quod, cum Verbum Divinum non assumperit aliquid imperfectum & inanimatum, corpus assumpsit primo instanti perfectum & animatum, primo ex infinitate virtutis activa, secundo ex parte personæ Filii. Prima ratio, ut ait Eminentius. *Cajetanus* excludit de possibili, secunda vero de factu. *Nam ex infinitate virtutis effici agentis ratione secundum libetum arbitrii suum, non infertur efficaciter, quod fecit, sed quod facere potuit in instanti.* Et hoc expresso sicutus verba littera. Ex necessitate antea confundendi, quod Filius Dei concepsit est, justitia decentia, quod non nisi formatum corporis assumendum erat, infertur inde, factio idem fuit quod instanti conceptionis, formationis, & assumptionis, ut patet. Et cum tertium sibi proposuisset argumentum sub hac forma. *Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, ut supra habitum est.* Non autem potuit esse materia illa in eodem instanti sanguis, & caro, quia sic materia simul fuisset sub duabus formis: ergo aliud fuit instanti in quo ultimo fuit sanguis, & aliud in quo primo fuit caro formatum: sed inter qualibet duo instantia est tempus medius: ergo corpus Christi non fuit in instanti formatum, sed per aliquod tempus. Sic egregie ad rem nostram respondet. *Ad tertium dicendum, quod non est assignare ultimum instanti, in quo materia illa fuerit sanguis (scilicet Virginis) sed est assignare ultimum tempus, quod continuatur, nullo intervallante medio, ad primum instanti, in quo facta caro Christi formatum.* Et huc instanti fuit terminus localis materia (scilicet sanguinis, non vero carnis Virginis) ad locum generationis. En quam aperte docet Angelicus Magister, & invictè probat, quod in corpore Christi, non est aliud, quod sit, aut aliquando fuerit caro Virginis, quia ex ea pro formatione Corporis Christi non fuit assumpta caro, sed sanguis, qui non est actu, sed potentia caro. Et quando dicit motum localis sanguinis ad locum generationis factum in tempore, sub illo motu includit omnem alium motum ad coagulationem, condensationem, & organizationem necessarium: ut quemadmodum in tempore facta est transmissio sanguinis: ita etiam in tempore facta sit coagulatio singularium partium materiae, & ea celeriter perfecta, totum corpus uno momento organizatum & animatum sit.

46. Ex his facile deprehenditur quo sensu accipiende veniant illæ SS. Patrum loquendi formulæ: *Cors Mariae et caro Christi: quod nobis carnem Mariæ mandatae donum ad salutem dedit.* Non enim verba ista accipi debent crade, seu absque debita intelligentia. Itenim ea loquendi formula exprimere voluit, non quod in Christo aliquid sit Mariae, sed Christum conceptum esse ex Maria Virginine, materiam ministrante in similitudinem naturæ, & speciei, & ideo Filium ejus. Cum ergo natus sit Christus de Maria generante per naturam, ideo dicitur caro Mariae, caro Christi: sic quia caro Christi fuit sumpta de David, ut expresse dicitur ad Rom. 1. *Qui factus est ex semine David secundum carnem;* & Psal. 131. *De fructu ventris tui posuimus super sedem tuam;* David dicitur Christus, ut notat S. Agapitum enarrat in Psal. 144. n. 2. dicens: *Intelligatis hanc ipsi David, hanc ipsi Christus;* Christus autem secundum carnem David, quia filius David. Et infra: *Quia itaque ex ipsis Christus secundum carnem, ideo David.* Et eis solemnis scriptura nunc loquendo de parentibus, ut caro unius vociteretur caro alterius, sic *Lobos Gen. 39. dixit Jacob: et mecum es, & caro mea.* Et *Iacob* loquendo de fratre suo Iosepho, Gen. 37. *Fratres enim et caro nostra est.* Et *Lobos 18. Legitur:* *Soror Patris tui, caro est Patris tui, et soror Matris tuae, caro est matris tuae,* quin ex hoc modo loquendi argumentari possit quod in Iacob fuerit aliqua actualis pars corporis Iacob, nec in Iosepho pars Iude, nec in Filio, pars aliqua Patris, ergo a fortiori SS. Partes carnem Mariae, carnem Christi Filii unigeniti pronuntiant, quin sit in ipso aliqua pars quae sit Maria, sed ut nobis ostendant, quod ex inviolabili, & virginali sanguine Mariae verbum vere factum est incarnatum. Quod ergo solum affirmari potest, est, quod in sacramento cuiuslibet caro Christi assumpta ex Maria ut dicit *Ambrosius* citatus cap. *Omnis de consecratis, dist. 2. his verbis: Hoc, inquit, caro mea*

*et pro mundi vita, & ut mirabiliter loquar, mortalia plaud, quibus quam rata est de M-
ari, & pax in cruce, & resurrectio de sepulcro; hoc inquam ipso est. Et infra lo-
quens de corpore Christi, illud videt, illud sentit, quod sumptum est de Virgine, quod
potius est, & sepultum. Hoc modo sufficient, cum de vera SS. Patrum in-
telligentia infra redibit sermo, ne ad illegitimos ac improbabiles tensus detor-
queantur.*

147. Difficultatem hanc probe intelligentis vider revelationis nova interpretatione
cam alio datorquere intendit, qua vim argumentorum eludere ac elevere ten-
tit, perlungit, non tam sui numeris esse, ut inquit num. 94. disputare de veritate
rei quam de iudeinitate revelationis. Quare alet primo, „ primi uam sub-
„ fiantiam corporis Christi in conceptione afflentam, sed & aquitiam via nu-
„ tritionis, usque ad consolidationem, & internam perfectionem membrorum,
„ quam infantes fugentes hoc acquirunt, dignissimam fuisse, que in eternum
„ nullus alterius suu mutatio de, aut resolutione mutaret, quia quo primum al-
„ sumptu a verbo, digitum erat servari, tanquam inalterabilis tanta emeris cor-
„ die character, ejusdem Divini Verbi permanentia reseratus, & firmatus, per-
„ petuo illius unionis, veluti pignus, & naturae humanae primi us hypostatico Deo
„ unitate memoriale, Libro, atque Beatis omnibus iucondissimum in eterna glo-
„ rie felicitate. Cene cum surpignus aliquod magne alienum ut monumento
„ rum conservante, gaudente, quod nulla sui parte sit dimutatum, immutab-
„ tum, aut alteratum. Quid dignus, quam tanta rei, qualis fuit Dei Incarna-
„ tio, maneat in eternum ipsam assumptam naturam substantiam, tanquam (ut
„ more humano loquar) eternum monumentum, Christi carissimum, sanctu
„ mirabile, ad laudandum Deum ob occasum oportunitissimum. Quid, inquam,
„ dignus, quam cum substantiam, nulli sibi immutatione, aut resolutione imper-
„ in Christi persona permanere. Redundat etiam in gloriam Virginis, ut nunc,
„ & tempore cernere, mittit (si fas est dicere) illammet ipsam substantiam quam
„ Divinum Verbum ex illa accepit, valcat, ac proferte: ecce quid purissimum,
„ & ab omnietate physica labe immune, & defecatum pretulit filio meo in sui
„ humana conceptione: non illud transivit, non resolutum, non immutatum
„ eis, sed generationem Divinam in hoc etiam humana huc eius imitatur. Quid
„ congruenties, quam plenam Christum proximam hanc ipsam sue natura huma-
„ nae substantiam semper retinuisse, & retinere, veluti Patri gloria & Matris
„ honorem? Ceteri filii, cum adolescenti, nimirum habent de substantia, quam
„ a Parentibus accepterunt, Christi vero, sicut eternam habet substantiam
„ Patri, ita purissimum est credere, quod in eternum etiam physice, sive i-
„ dentice, habeat habitantiam Matris in suam naturam convertam.

148. Prolequitur num. 95. „ Nec ad hanc immortale carnis, & conservari san-
„ guinis permanentiam opinor, novum requiri miraculum: sed magis con-
„ quens esse ad hypostaticam unionem, ut quas humanae nature partes assum-
„ ptu, sibi eterna, & immutabilis potentia immutabilis redderet, & eternas. Dicrimen hic etiam statuit, inter primigenias, & alias partes assumptas. In
verbis: „ Concedamus ergo ceteras Dominici corporis partes, que ad incre-
„ menta etatis pertinent, sicut denso naturae acutitas, ita actione caloris na-
„ turalis, & novarum putum acquisitione, & successione resolutas. Haec vero
„ jam naturae assumptie accesserunt, & secundum eas assumpta est quam a Divi-
„ no Verbo mirabilis, & resolutibilis humanae naturae conditio. Iei ei primige-
„ nias partes ejusdem naturae altiori privilegio, ex ipsa unione ad Deum fuisse
„ donatas, congruentissime, & absqueulla quam neverim difficultate credi pos-
„ test. „ Eo nempe lato supra uan. 95. dicrimine inter conceptionem
Christi, & aliorum hominum: „ cum enim corpus Christi fuit Dei virtute, &
„ potentia ex purissimo sanguine Beataissima Virginis operatione Spiritus Sancti
„ formatum, intacta corporis Christi apta mutari durari. Nam in nobis,
„ mutationibus fere continuus laborat natura agendo, & patiendo propter depu-
„ rapiones matris: & cum venit ad instabilem mutationis terminum id
„ quod acquisitionem, & ad eam perfectionem pertactum est, resolvinut, nova
„ tempus, & deinde mutare incendente, nisi suprema aliqua immutabilis po-

„ ni communicatione , aut virtute , immutabiliter sicut ut postea de Christo Dominio dicemus .

149 En tota hujus sapientissimi Magistri Doctrina in suo vero lumine collocata : quam roborat auctoritate Patris Suarez tom 2. in 3. partem q. 27. Disp. 1. Sect. 2. cum sententiam ad verbum hic adducere opportunum duxi . Primum quod Beata Virgo vere ac propriè esset corpus ad fabricandum corpus Dei . Secundo hinc factum est . ut aliqua substantia Virginis corporis ex qua fuit Christi corpus , & in principio constituta , & postea auctam , quando sanguinem , vel lachrymam nutritum fuit , multa sic hypothecata . Verbo Dei . Propterea dicit Pater Damascenus sermoni de Nativitate Mariae , cum Deus in aliis vobis sit tribus modis , in Virgine fuit quarto specie modo , scilicet per idoneitatem , quia idem est quod ipsa . Hinc taceat , & ostendatur unius creaturae , & quis audierit aspergere tanta dignitatis immensitudinem ? De Ang. Jam. de Assumpz. Virg. cap. 5. curio , inquit , Christi , caro est Maria , & infra caro Christi , quamvis gloria resurrectionis fuisse magnifica , tamen tamen maneat quia suscepta est de Maria . Ex quo potest facile credi , illam substantiam carnis quam Christus assumpta ex Virgine , numquam fratre consummo debet , aut continua caloris naturalis alicuius resolutione , sed eandem anno in fratre semper conservatam Verbo Divino unitam . Quod partim physica ratione , partim probabiliter conjectura se verisimile . Illa enim substantia carnis ex purissimis Virginibus sanguinis etiā defunctis fuit . & operari asperges , & in medietate quantitatis . Rursum in tempore Infantei , quia alimentum est facili , & facta sine resolutione curvatur , peram illam substantiam per ejus alium resolvitur , praeferunt in Christo , qui temperatissimo , & contumacissime cibis alebat , solliciti ab ore de celo pleno , ut Ecclesia canit . De reliquo autem tempore vita Christi sic novissimilli evulgaverit . Quia tamen illa fuit tempus angusti , aut statim , in quo humildam radicalem fere integrum perseverat , nulla illius resolutione facta . Probabile denique est , ex speciali providentia , & voluntate ipsius Christi hoc fieri posuisse . Tertio potius hoc genus causa , fere concursum , nihil aliud reale , ut pugnare ex talibus dignitatibus in Virgine volunt , prater relationem rationis materis ad Christum Huncam Domum , nihil enim aliud fungi aut excogitus potest . Huc Pater Suarez cui suffragatur etiam doctus Cartagena tom. 4. lib. 15. hom. 11. dicens : Existimus quod illa in aliis plerisque substantiis illa carnis à Parentibus est communicata partitura ex ei ceteri naturales sicut aperte , illa tamen excepit substantia , quam Beatissima Virgo nubilior in aqua fuisse dimisit , aut continua cibis ex parte naturalis resoluta . Adiutoriantur & alii ab ipso rite citati num. 95. Firmat id ipsum codem supra à Patre Suarez adductio testimonio S. Augustini sermoni de Assumptione Virginea ex quo frequentem elicit consecrationem : Caro , inquit , & lata , caro est Maria , multo specialeter quam Joseph , fratre , et ceteris fratribus ejus (dicere etiam potuit , quam Joseph Jacobi , ut ratio ipsius manifestaret) quibus dicebat : Frater enim , & caro mea . Et quare Ecce rationem ponderatione dignissimam : Caro enim Christi , quamvis plures Reservantur fuisse magnifica , & potenti sapientie numerus ascendet plenaria , eadem ratione nonne magis , & rursum natura , quia suscepta est de Maria . Quod , si fallit , non est intelligentiam , quod dicere dominat voluntas , eandem intentionem , quoniam ad similes natura persistat illius carnis , quia suscepta est de Maria , hoc rursum ceteris omnibus parentibus . & filiis , ut fratres est communis , nec dicere in hoc sensu patris est , Multo specialeter , sed similes ejus est , illam caro , quia suscepta est de Maria , ut suscepta est manus , & manus specialeter in Christo , quia ejus glorificatio nuncit naturam immutarem . Huc ille .

150 At nullus usquam meo iudicio , si ardentem animis , ut pat est , omnibusque abdicatis praetendit huc perpendere non gravetur , vera haec esse sibi persuadet . Pro quo supponendum , duo esse fidic certa : Primo , fuisse corpus a Christo Domino assumptum corruptibile secundum suam naturam ; & quod Verbum , Divinum unitum , iuxta potestiatem per quam potest suscipere illa omnia , mortem , & corruptionem , potuerit corpus illud immortale , & incorruptibile reddere , nec enim majoris potestiatis est reddere corpus incorruptibile post suam Resurrectionem , ac antea . Deinde , quod si verbum divinum corpus assumptum libertare voluit ab omni mutatione materiali , resolutione aut diminutione , defectus illae mutationis , resolutionis , aut diminutionis darus et esset contra , vel supra naturam assumpti corporis , non enim caro pallibilis , & alterabilis secundum

dum naturam, poterat esse toto illo tempore ab omni mutatione libera natura-
liter, & non continua caloris naturalis actione aliqualiter resoluta. Quibus po-
tatis, & cum hic non agatur de possibilitate, aut de Deo miraculose operante, in
quo nulla esse potest difficultas, quod, & facetur data responso his verbis: *ad
hanc immutari carnis, & conservari sanguinis permanentiam, spicere possumus regnari
miraculosa*; sed an revera, ut assertat revelatio, primigenia illa substantia fuerit
a mutatione aut resolutione libera ex unctione hypothatica Verbi Divini? evidens
elicitur argumentum, quod afferere hoc ita fuisse, pure divinare est. Unde
enim hoc quis ictivit, aut potuit intelligere, cum nihil a Deo sit super hoc ec-
clesie revelationum, & in naturalibus assertentis debeamus sequi naturam rerum;
& in supernaturabilibus auctoritatem Sacrae Scripturae. Ad cuius evidentiam au-
diendus D. Thomae 1. p. q. 99. art. 1. ubi querit: *Vtrum pueri in hanc innocentia
mox nati, existent per se ipsum habentes ad mortale membrorum?* cui dubio negative
respondet his verbis: *Respondet dico quod: a qua sunt supra naturam joie pse-
tremunt; quod autem credimus, nullitatem debemus.* Unde in omnibus assertoriis sequi
debentur naturam rerum, prater ea, que auctoritate divina tradantur, que sunt supra
naturam. Manifestum est autem naturalis hoc est, ut pote & principis naturae humanae
competat, quid pueri mox nati non habent sufficientem virtutem ad mortalia membra.
... Ex alia vero parte nulli castigatio dabitur: quia virginitate diuersus fieri possit, quod
pueri mox nati, perfectam virginitatem habeant ad mortalia membrorum. Si ergo in omni-
bus assertentis sequi debemus naturam rerum, prater ea que auctoritate divina
traduntur, quo fundamento astri potest defectus iste mutationis, aut resolutio-
nis illius primae substantiae assumptio, que supra eius naturam est, cum haec
que a Deo nihil sit de tali mutationis immunitate, nec Ecclesia revelarum, nec
a SS. Patribus traditum. Ubi hec auctoritas divina, imo, & humana, ad asser-
tendum carnem illam primigeniam, & ex lastre per biennium formatam, man-
stille usque ad fidorem in horto, ab alia ex aliis alimentis in posterum formatam,
discreta, & absque illa diminutione, cum aliunde, si naturam rerum iniicia-
mus, oppositum videntur? Quod magis urget, si considereremus, Deum nos in
scripturis revelasse omnia, que supernaturaliter operatus est: mirabilem eius
conceptionem supernaturali modo, & in Virginis utero factam, ejus Nativita-
tem, Resurrectionem, Ascensionem, ceterisque alia supernaturalia, ipsa quoque
incorruptibilitatem. & claritatem corporis in postresurrectionem, quam tenet
Apostolus ad Philipp. cap. 4. loquendo de Christo: *Resurrexit Corpus Christi
in gloriam, configuratum corpori claritati sua.* Si ergo nullam hujus supernaturalis
prodigiis mentionem faciunt Scriptura, Traditione, & SS Patres, quis prudenter ul-
lam, aut saltem exiguum huic prodigio fidem habendam esse censeat? Hoc maxi-
me quod Verbum Divinum hypothatico unitum per voluntatem operatus, &
hujus sunt voluntatis, aut dispositionis nullus assignatur teitis, aut designari
valer.

151. Secundò refellitur modus iste dicendi, qui nullo efficaci arguento, nulli-
ve probabili conjectura nititur. Inefficax prorsus est momentum illud adducere,
quod ex quo formatum fuerit corpus Christi Domini ex purissimo sanguine Bea-
tissime Virginis, immutatum eternum perseveravit: ac si huc esse posset suffi-
cientis defectus mutationis ratio. An non sanguis Beatissime Virginis, ex quo fa-
ctum est lac, purissimus erat? Et tamen vere fuit immutatus. Purissimum
etiam erat lac, quod sugebat Christus Dominus, & tamen resolutum fuit calore
naturali, & conversum in sanguinem, & carnem Christi. ergo quod putissimum
fuerit sanguis, ex quo formatam fuit substantia illa primigenia Corporis Christi,
non est ratio, ut abique omni sui mutatione, aut resolutione permaneat.

152. Rursus minus consequenter assertur, consequentem esse ad unionem hypo-
thaticam immutare carnis, & conservari sanguinis permanentiam. Hoc si ita
est: ergo immutatum, & non resolutum fuit corpus Christi semper, &
quoad omnes ejus partes, sive primigenias, sive denuo acquistas nature;
cum fuerint omnes hypothaticae unionis participes. Ec quid enim ad resolu-
tionem, vel non resolutionem, quod partes aliae, assumptae iam nature, acce-
dant, cum & illae partes acquirit ad veritatem nature Christi Domini pertin-
ant?

ant? *Non enim*, inquit D. Thomas, i. p. q. 119. art. 1. ad secundum potest alia esse natura ejus quod advenit, *cam jussi faciem uiam per veram mixtionem*. *Vnde nullatenus est*, quod non confundatur per calorem naturalem, & alterum maneat. Præterea materia acquisita, fuit rurè terminata subtilitas Divini Verbi, ac materia primo accepta; quæ Divina Verbi subtilitas maxime perficit, & non destruit naturam extremi assumpti: ergo si partem acquisitam relinquit mutationi obnoxiam, & eidem mutationi subjecta remaneat natura primo assumpta. Rursus, quod subtilitas primo assumpta a Divino Verbo fuerit formata ex purissimis sanguinis Beatissimæ Virginis, quod & primus sanguis, nec non & lac Virginis in carnem Christi conversum fuerit etiam purissimum, solum probat, quod nulla aut falta exigua purius impuro facta fuerit separatio, quam tamen dari necesse est in subtilitate de novo acquisita per nutritionem, cum nullus cibas assumatur, in quo non oporteat aliquid impuritatis esse, ex hoc quod in principio est dissimilis: unde si ad similitudinem reduci debet, oportet quod tollantur illæ partes secundum quas dissimilitudo erat, quod removeantur partes terrestres; ut quod subtilius est assumatur. Hoc constat ex supradictis, & eisdem dissimilissimis verbis id docet D. Thomas in 2. Dist. 10. q. 2. art. 1. ad 1. dicens: *Natus autem cibas assumuntur in quo non oporteat aliquid impuritatis esse, ex hoc quod in principio est dissimilis: unde si ad similitudinem reduci debet, oportet quod tollantur illæ partes, secundum quas dissimilitudo erat, & in cibis dominantes parvit terrestres, magis quam in ea quod nutritur, appearat id quod terrestre est renoveri, & quod subtilius est, assumi: & similiter alias quacumque partes dominentur.* Et in hoc sensu intelligenda sunt verba Christi Matth. 15. omne quod in te intrat in ventrum tuum, & in fecesse exiit, ait ibi S. Doctor. At quod immutata manerit subtilitas illa primo assumpta, nihilque in ea sit calore naturali resolubile, aut deperdibile, hoc falsum penitus est. Rem explico in eo quod in aliis generationibus accidit. Illud quod in carnem convertitur per virtutem fixatissimam in principio generationis, ad maiorem perfectionem species perducitur, quam illud, quod postmodum per actionem nutritivæ convertitur: cum semper inveniatur generatio alicujus, quod per se generatur, esse perfectior, quam illa qua aliquid accipit speciem alicujus per commixtionem ad illud, qua quod admiscetur, aliquo modo alterat naturam ejus cui admiscetur. At et majori illæ perfectione concludi non debet eius defectus mutationis materialis, resolutionis, aut diminutionis: ergo quod perfectissima fuerit caro illa primo assumpta a Divina Verbo, & non ita perfecta caro acquisita postea assumpta, argumento non est, quod illa, & non illa ex vi unionis hypothetice retransierit irresolubilitatem.

153. Parum etiam, vel potius nihil, favet adducta conjectura, quod nempe digna facit primitiva subtilitas corporis Christi, & que acquisita fuit via nutritio-
nis, usque ad consolidationem membrorum, irresolubilitatis privilegio, ut permanaret in Cœlo hoc aeternum unionis hypothetice pignus, Deo iucundissimum. Similis mirabile, ad gloriam Patris, ad honorem Matris, nulla sui parte diminutum, immutatum, aut alteratum, quia nempe cum nos pignus aliquod, magis alicujus rei monumentum, conservamus, gaudemus, quod nulla sui parte sit diminutum, immutatum, aut alteratum. Enimvero, totum hoc, quo commendatur primigenia Christi subtilitas, magis convenit, toti humanitati formaliter simple. An non illa in eternum erit iucundissimum incarnationis Divinitate pignus, & passionis monumentum? Quid nobilius ad Patris gloriam, & Matris honorem, quam incorruptam in Cœlo permanere humanitatem totam Christi, preium salutis, & libertatis nostra? Quid etiam magis virtutis, & gloria Christi argumentum, quam humanitas illa, in qua Christus Victoria sua obtinuit triumphum? Quid insuper magis iucundum, & mirabile Angelis, quam in aeternum videre corpus illud, quod a deo recessit, quod ab Angelis adoratur, cui adstant virtutes incorporeæ, & quod supra omnem Principatum attollitur? Ceterum est, quod cum noi pignus aliquod magis alienjs rei manus non conservemus, gaudemus, quod nulla sui parte sic diminuta, iumentaria, aut alterata, ut afferit responsio: Verum id accedit in rebus inanimatis, ubi diminuta, immutata aut alterata materia, diminuitur, aut immutatur ipsa for-
ma.

ma. At in viventibus in quibus non reperitur tam perfecta unitas, licet caro secundum materiam non maneat, sed paulatim consumetur, & restauretur, id quod est formale in ipsa semper manet, quia semper manet natura carnis, & dispositio naturalis ipsius, quæ tanti estimatur, ac si remaneret eadem secundum materiam. Sicut tanti estimatur uno anno aliqua Respublica, aut Civitas, quam in altero; quia licet fluent partes materialiter eam componentes, & plures subtrahantur a multitudine per mortem, quia tamen ad eadem officia, & ordines substituuntur alii, ideo Respublica una numero manere dicitur. Nullum ergo magis dignum Incarnationis, & Redemptionis pignus, quam humanitas Christi formaliter sumpta: nisi velint quod in Cœlis adhuc videatur unus Christus a Beatis, & Angelis sub illis parvis dimensionibus infantia, ut puerulus, in quo nulla deperditio primigeniae substantiae facta est, & alius cum toto illo augmentatione materiae acquisitæ usque ad mortem.

154. Non ergo alicujus momenti sunt congruentiae ita ad hanc firmandam sententiam: verum invictis argumentis illa rejicitur. Et primo quidem, certissimum omnibus debet esse, quod quamvis in primo instanti formationis corporis Christi, corpus fuerit perfectum essentialiter, non tamen fuit perfectum quantitative, hoc est, licet habuerit in primo instanti omnia membra, & lineamenta, non tamen in ea quantitate, quam habuisset, si in quadraginta sex diebus fuisset corpus illud formatum, sed ad tantam quantitatem pervenit spacio quadraginta sex dierum. Etiam postquam natus est Jesus, toto illo tempore duorum annorum, quo lac sugebat, ad majorem quantitatem pervenit corpus per augmentum, quod augmentum factum esse in Christo, sicut in aliis hominibus, docet D. Thomas 3. p. q. 33. art. 1. ad 4. his verbis: *Sed augmentum Corporis Christi fuit factum secundum potentiam augmentativam animæ Christi, que cum sit specie conformis animæ nostræ, eodem modo debuit corpora illud augmentari sicut & alia hominum corpora augmentantur, ut ex hoc ostenderetur veritas humana nature.* Ex quibus sequens efficax exurgit argumentum. Ut in nobis materia se extendat ad majorem quantitatem, & augmentetur, requiritur, ut adveniat alia materia, per conversionem alimenti in substantiam ejus quantum sufficit ad debitum augmentum. Nihil enim per virtutem nutritivam adderetur corporibus viventibus, si alimento in veritatem naturæ ipsorum non converteretur: cum tres animæ vegetativae virtutes, scilicet nutritiva, augmentativa, & generativa, ita sint ordinatae, ut semper prior habeat opus proprium prius, & illius superfluum preparetur ad opus sequentis: opus ergo augmenti presupponit opus nutrimenti, & illud tantum nutritur, in quo deperditio facta est, quod per nutrimentum restauratur. Unde cum immediate post instans generationis, in illo primario esse generationis, genitus alatur, opus alimenti primo est restaurare deperditum, deinde parare materiam angimento, & cum non possit aliud deperi nisi materia primaria, virtus nutritiva convertit alimentum in veram primam substantiam. Si ergo iuxta D. Thomam augmentum corporis Christi fuit factum, sicut & alia hominum corpora augmentantur, hoc modo fuit augmentatum corpus Christi Domini tam in utero, quam extra uterum toto illo tempore lactationis. Quomodo ergo dici potest, quod primigenia illa substantia fixa, & irresolubilis toto illo tempore mansit in Christo Domino? Enim vero conversio alimenti in propriam substantiam, nequit fieri, nisi immutacione, & deperditione alicujus materiae primariae, cuius rationem assignat D. Thomas 1. p. q. 97. art. 4. ad 2. dicens: *Ex Philosoph. 1. de generat. Illud quod generatur ex aliquo extraneo, adjunctione ei quod prius erat bambido præexistenti, immixxit virtutem aliam speciem, sicut aqua adjuncta vino: primo quidem convertitur in saporem vini, sed secundum quod magis, vel minus additur diminuit vieni fortitudinem, & tandem vinum fit aquosum.* Quod iterum firmat 4. contra gentes, cap. 35. num. 3., ubi dicit S. Doctor, quod mixtio non est nisi eorum, quæ communicant in materia, & quæ agere, & pati ad invicem natura sunt. Et quod ex his quorum unum multum excedit aliud, mixtio fieri non potest, si quis enim guttam vini mittit in mille amphoras aquæ, non erit mixtio, sed corruptio. Quibus apertissime docet D. Thomas id quod in 2. Sent. Dist. 30. q. 2. art. 2. scripsit: *Quod mixtione completa, non retinet unumquodque qualitatem propriam*

